XLVII. Ubi ait facilius camelum intrare per foramen acus quam diuitem intrare [25] in regnum dei; et dixit quid [26] recipiunt qui sua [27] relinquunt propter euangelium; et de nouissimis primis et primis nouissimis.

[1] dei P | [2] cum P | [3] *om* B | [4] ∾ disc. duod. P | [5] nil B | [6] esset M | [7] et B | [8] manducabant P | [9] sub P | [10] *om* B | [11] expuens B | [12] *om* BM | [13] ∾ quosd. esse P | [14] + nisi M | [15] montem M | [16] *om* BM | [17] *om* PM | [18] ∾ iei. et orat. P | [19] galilaea BM | [20] tenebris P | [21] salem M | [22] quod P | [23] fatuum B | [24] intrauit M | [25] *om* BP | [26] qui B | [27] usura M.

## Ben

XX. Ubi herodes dicit : iohannes resurrexit.
XXI. De quinque panibus quinque milia hominum saturata.
XXII. Ubi ad discipulos uenit quarta uigilia noctis.
XXIII. De non lotis manibus manducare.
XXIIII. Ubi discipuli quaerunt quae causa sit quae possit hominem inquinare.
XXV. De cuiusdam mulieris filia quam in tyro liberauit.
XXVI. De muto et surdo quem sauauit.
XXVII. De septem panibus quatuor milia hominum saturati.
XXVIII. Ubi pharisaei a domino signum quaerunt.
XXVIIII. Ubi dicit dominus : quem me dicunt esse homines, et ubi petrum increpat.
XXX. Ubi dominus transfiguratus est et de tria tabernacula.
XXXI. De homine quem discipuli curare non potuerunt.
XXXII. De tractatu discipulorum in uia ambulantium.
XXXIIII. De homine quem discipuli a uirtutibus prohibuerunt.
XXXV. De sale et praecepto moysi et benedictione infantum.
XXXVI. Ubi quidam de uita aeterna requirens audiens retrorsum abiit.
XXXVII. Ubi dicit quae sibi in ierosolima uentura sint.

XXI saturatis R | XXVII saturatis $R^1$, -tos $R^2$ | XXX et *om* C | tribus tabernaculis C | XXVII erant C.

## Vich

in patria sua duodecim discipulos ad praedicandum et ad sanandum egros mittit et quomodo se agant praecipit. et de praecisione capitis iohannis.

VI. Regressi apostoli ad dominum renunciant quid egerint uel docuerint. de quinque panibus et duobus piscibus quinque milia hominum saturat. et supra mare ambulat. ea magis quoinquinare hominem dicit quae exeunt de ore quam quae intrant.

VII. Filiam syrophenisse a demonio liberat. et surdum et mutum curat et de septem panibus quattuor milia hominum saturat et a fermento phariseorum caueri monet. de sputo ceci nati oculos illuminat et petrum post confessionem laudat, sed conatus illum a passione reuocare dure increpat et sequaces suos non facere uoluntatem suam praecipit et qui eum in hoc mundo confessus fuerit uicem se illi redditurum in futuro promittit.

VIII. In monte transfiguratur. et non eici posse spiritum inmundum nisi per ieiunium et oracionem. humilitatem docet. et non esse prohibendum illum qui in nomine eius uirtutem facit. et calice aquae frigidae. et de non scandalizando quemquam et quod bona sit sapientia si tamen propter elationem non infatuetur. et de uxore non dimittenda. infantes ad benedictionem non esse arcendos. uenditis omnibus helemosinam dandam. et quia difficile diues regnum caelorum sit ingressurus. et quod qui omnia propter christum reliquerit centuplum accipiet et uitam aeternam possidebit.

VIIII. Ascendens autem dominus iherosolimam praedicit discipulis suis de passione et resurrectione sua. filii zebedei obsecrant ut

## A

X. Interrogatus in qua potestate haec faceret de iohannis baptismo interrogat. parabola de uinea et colonis de denario caesaris de muliere quae septem fratres habuit et scribae dicit non longe esse [1] a regno dei atque interrogat quomodo dicitur christus filius dauid[2] de uidua et gazofilatio et [3] de templi structura.

XI. De pseudochristis [4] et passione martyrum et commotione saeculi et [5] aduentu christi de arbore ficus [6] parabola et quod diem iudicii nemo sciat propter quod docet uigilandum.

XII. De unguento supra [7] caput iesu effuso [8]. iudas sacerdotibus dominum prodit. adparatus paschae dominus dicit ab uno eorum se tradendum. oblatio [9] petro praedicit [10] negaturum. orationes iesu. traditio iudae [11] iudaeis.

XIII. Principes interrogant iesum et condemnant eum. petrus tertio negat. iesus pilato traditur. pilatus dimisso barabba iesum flagellatum crucifigendum tradit. passio iesu [12] et sepultura et resurrectio eius ex mortuis. post resurrectionem mandata et ascensio [13] eius in caelis [14].

1 longe es ϑ, esse l. Ct, es l. T, longe NY | 2 dei σ, + monet cauendum ab scribis N | 3 *om* ϑWY | 4 ps. xp̄i TtY, -xp̄o W | 5 + de Tt | 6 et arboris fici W | 7 super ϑW | 8 *om* ϑ | 9 *om* W, + iesu ϑ | 10 + se ϑW | 11 tradit iudas ihm W | 12 *om* W | 13 ascensionem Tt | 14 ad caelos ϑ.

## B

VIIII. Euentura [1] sibi praedicit. petitio [2] filiorum zebedaei. de caeco mendicante curato. de pullo asinae.

X. Interrogatus [3] in qua potestate haec [4] faceret parabolam [5] de uinea et colonis et[6] de [7] denario caesaris de muliere quae septem fratres habuit. et quendam scribam [8] dicit non longe esse a regno dei atque interrogat quomodo dicatur christus filius dauid cum sit dominus.[9] de uidua et [10] gazophilacio. de templi structura.

XI. De pseudochristis [11] et passione martyrum et commotione [12] saeculi et [13] de aduentu christi.

XII. De unguento super [14] caput iesu effuso et [15] de proditione iudae ‘ qua [16] dominum tradidit ’ [17] ‘ et ceteris mandatis ’ [18].

XIII. Iudicium principum quo condemnant iesum. passio iesu [19] et sepultura et resurrectio eius.

1 Et uent. Oqp, Vent. R | 2 petionem q | 3 interrogatur OXA p¹ | 4 hoc D | 5 parabola AR | 6 *om* Dr | 7 *om* OXV | 8 cuidam scribae VO² | 9 + eius p | 10 + de A | 11 ps. xp̄i OqV, ps. prophetis RX | 12 consumatione DR | 13 *om* R | 14 supra DRr | 15 *om* D | 16 qui r, quando D | 17 *om* IX AVp | 18 et cetera q, -ris DJ | 19 *om* R.

## In

XXXV. Et introiuit hierosolyma in templum.

XXXVI. Et ueniunt rursus hierosolymam.

XXXVII. Et coepit illis in parabolis loqui.

XXXVIII. Et mittunt ad eum quosdam ex pharisaeis et herodianis.

XXXVIIII. Et uenerunt ad eum sadducaei qui dicunt resurrectionem non esse.

XL. Et respondens iesus dicebat docens in templo.

XLI. Et sedens iesus contra gazofilacium.

XLII. Et cum egrederetur de templo.

XLIII. Uespere autem facto uenit cum duodecim.

XLIIII. Et ait illis iesus : omnes scandalizamini in me in nocte ista.

XLV. Et adhuc eo loquente uenit iudas scarioht unus ex duodecim.

XLVI. Surgens autem iesus mane prima sabbati.

## C

XXXV. Mittit adduci pullum [1] asinae cui [2] sedens audit [3] a turbis osanna.

XXXVI. Egressus de templo ficulneae maledicit [4] regressusque ‘ uendentes eicit [5] arefactaque ’ [6] ficulnea mirantibus ait orantes credendo accipere postulata.

XXXVII. De potestate percontantibus [7] iudaeos ipse de baptismo iohannis interrogando conuincit et de uinea colonisque pessimis [8] parabolam ponit.

XXXVIII. Temtantes de reddendo caesaris tributo consequenter ex suprascriptione uel imagine confutauit.

XXXVIIII. Sadducaeis de muliere septem fratrum uxore temtantibus ob incredulitatem resurrectionis exprobrat.

XL. Scribae de mandato legis interroganti geminum dilectionis ostendit et cuius sit filius [9] christus interrogans docet ex principio psalmi centensimi noni salutationum quoque eorum in foro ambitum [10] notat.

XLI. In gazophilacium pauperem uiduam duo minuta mittentem cunctis dona iactantibus praefert.

XLII. Aedificationes templi monstrantibus praenuntiat ruituras et de diuersis ultimi temporis temtationibus futuris prolixius disputans seductiones ammonet praecauendas.

XLIII. Diem aduentus solum patrem scire dicens nescientes eam seruos uigilare praecipit [11] et orare.

XLIIII. De alabastro ungenti uel proditione iudae traditoris ac praeparatione paschae [12] refertur nec non et cenae eius mysticae panditur sacramentum.

XLV. Traditionis ac passionis eius gesta narrantur.

XLVI. Resurrectionis eius [13] perinde breuiter ueritate monstrata quorundam incredulitas clementer arguitur et ascensio atque a dextris dei consessio [14] uel discipulorum praedicatio signis sequentibus indicatur.

¹ ad discipulum YH¹ | ² cuius H | ³ audet H, audiuit V | ⁴ ficulnea malefuit V | ⁵ eiecit V | ⁶ *om* Y | ⁷ percontantes HV | ⁸ pessimas V | ⁹ ∾ fil. sit H | ¹⁰ ambito H | ¹¹ praecepit H | ¹² parascheue H | ¹³ *om* V | ¹⁴ concessio H, conf. V.

# Cy

XLVIII. Ubi ascendens hierosolima [1] locutus est de passione et de [2] resurrectione sua.
XLVIIII. Ubi respondit iacobo et iohanni : ut sedeatis [3] ad dexteram [4] et ad [5] sinistram meam non est meum dare uobis; et omnibus dixit : qui uult in uobis [6] primus esse erit omnium seruus.
L. Ubi caecum uerbo inluminat clamantem : miserere mei, fili dauid.
LI. Ubi sedit in pullo in quo nemo adhuc sederat.
LII. Ubi circumspecto templo [7] exiuit in bethaniam cum duodecim discipulis.
LIII. Ubi arborem [8] fici maledixit.
LIIII. Ubi de templo expulit ueudentes et ementes.
LV. Ubi transeuntes cum eo [9] discipuli uiderunt aridam arborem cui [10] maledixerat; et locutus est eis de fide et de oratione et de remissione [11] peccatorum.
LVI. Ubi sacerdotes interrogauit de baptismate iohannis, et dedit eis similitudinem de uinea locata, in qua occisi sunt quos misit dominus uineae.
LVII. Ubi ait : reddite quae sunt caesaris caesari, et quae sunt dei deo.
LVIII. Ubi eum [12] interrogauerunt [13] sadducaei de muliere quae habuit septem uiros.
LVIIII. Ubi respondit scribae [14] de duobus mandatis [15] dilectione dei et dilectione proximi.
LX. Ubi de dauid dixit quod dominum eum uocauit, et de pharisaeis quia cum [16] honorem ab hominibus quaerunt et comedunt domos uiduarum, abundantius iudicium accipient.
LXI. Ubi de uidua locutus est quae misit duo minuta [17] in gazophilatium.
LXII. Ubi de templo discipulis dixit quod dissolueretur, et aliud post triduum resuscitaretur; et de fine saeculi multa locutus est.
LXIII. Ubi unguento pretioso mulier perfudit pedes eius.
LXIIII. Ubi iussit praeparari sibi pascha, et locutus est de traditore suo, cum ille corruptus [18] esset a iudaeis.
LXV. Ubi eucharistiam tradidit.
LXVI. Ubi hymno dicto locutus est de scandalo ipsorum et quod eum [19] petrus negaturus esset.
LXVII. Ubi dixit : si fieri post, transeat hic calix, cum discipuli eius illo orante dormirent [20], deinde traditus est.
'LXVIII. Ubi adductus est' [21] ad pontifices, et falsos testes passus est, et locutus est 'de aduentu claritatis suae' [22].
LXVIIII. Ubi eum petrus negauit, sicut ab eo praedictum [23] fuerat [24].
LXX. Ubi a pilato cruci destinatus est, et multa contumeliosa perpessus [25] est.
LXXI. Ubi adductus est ad locum crucis, alio portante [26] crucem eius, et infixus est cum duobus [27] latronibus.
LXXII. Ubi sepultus est, et unxerunt eum duae mariae.
LXXIII. Ubi resurrexit, et nuntiatum est [28] discipulis eius.
LXXIIII. Ubi apparuit post resurrectionem eius [29] apostolis omnibus.

---

[1] hierosolimam BP | [2] *om* BM | [3] sedeat P | [4] dextram M | [5] a B | [6] inter uos P | [7] circumspexit templum P | [8] arbore B | [9] quo B | [10] cum B | [11] remissionem B | [12] *om* B | [13] ∾ int. eum P | [14] scriba B | [15] ∾ de duob. mand. scribae + de P | [16] eum B | [17] *om* P | [18] correptus P | [19] *om* B | [20] orantem dormierunt B | [21] *om* B | [22] *om* B | [23] praedictus B | [24] erat M | [25] multas contumelias superpessus P | [26] ali portantem B | [27] *om* P | [28] + et PM | [29] *om* BM.

# Ben

XXXVIII. Postulatio iacobi et iohannis ut a dextris et sinistris sedeant.
XXXVIIII. De filio barthime et de caeco in uia illuminato.
XL. De asino et pullo eius. et de turbis osanna dicentibus.
XLI. De ficulnea et de uendentibus in templo.
XLII. Ubi pharisaei requirunt a domino : in qua potestate haec facis.
XLIII. De uinea et filio a colonis occiso.
XLIIII. De herodianis et tributa caesaris inquirentibus.
XLV. De muliere quam VII fratres habuerunt.
XLVI. De christo cuius sit filius, et salutationibus in foro.
XLVII. De donis in gazofilacio missis.
XLVIII. De euersione templi et temptationibus nouissimis temporum.
XLVIIII. De die nouissima soli patri cognita, et seruis de domini aduentu instructis.
L. De immolatione paschae et traditione iudae.
LI. De iudicio principum quod condemnant iesum.
LII. De passione iesu et sepultura eius.
LIII. De resurrectione et uirtutibus praedictis.

---

XLIIII tributo R | XLVIII temporibus | LII Passio.

# Vich

quidquit petierint obtineant. de caeco mendicante curato. et de pullo asinae, de ficulnea cum foliis sine fructu maledicta et continuo siccata.

X. De eo quod dominus introierit in templum et eiecerit omnes uendentes et ementes de illo et quid responderit mirantibus super repentinam siccitatem ficulneae quod quicunque habuerit fidem dei quodcunque petierit fiet ei et dimittendum esse in oratione si quid habemus aduersus aliquem.

XI. De interrogatione iudeorum aduersus dominum in qua potestate haec faceret. et de responsione eius. parabola de uinea et colonis. et de denario caesaris. de muliere etiam quae septem fratres habuit quendam scriba dicit non esse longe a regno dei. rursum interrogat iudeos quomodo dicatur christus filius dauid cum sit dominus eius. et de uidua et gazofilatio.

XII. De templi structura et de ruina eius atque totius iherusalem. de die etiam iudicii et de pseudochristis. et de passione martyrum et commocione seculi et de aduentu christi.

XIII. De ungento super caput iesu effuso et proditione iudae qua dominum tradidit, et de sacramento corporis et sanguinis domini et de exortacione atque preceptis ipsius quibus discipulos instruit.

XIIII. De factione iudaeorum qua dominum iniuste condempnant, et passione, sepultura et resurrectione ipsius. de uisione angelorum, atque ascensione in caelum.

# A

Vat. 6083 = P
CTNWY *ut supra* (CTP = σ)

I. Zacharias [1] uiso angelo quia non credidit obmutuit elisabeth uxor eius concepit maria quoque de spiritu sancto cum concepisset salutauit elisabeth elisabeth [2] salutata prophetauit et peperit et ut nomen filii sui iohannis [3] zacharias scripsit locutus est ac filium praeiturum ante dominum prophetauit. posteaquam [4] peperit maria iesum infantem in praesepio posuit quem pastores iuxta angelorum indicia inueniunt quique [5] octaua [6] die circumciditur.

II. Symeon iustus christum manibus sumptum benedicit anna prophetis [7] uidua multa de christo prophetat [8]. iesus annorum duodecim in templo cum doctoribus legis inuentus in patris se esse oportere pronuntiat [9].

III. Anno quinto decimo tiberii caesaris pilato curante [10], iohannes baptisma [13] paenitentiae [14] praedicat et fortiorem christum uenturum designat [15]. quo baptizato [16] columbae figuram [17] spiritus supra descendit uox etiam de caelo filium dei indicat quem putabant filium ioseph.

IIII. Ductus in desertum iesus quadraginta diebus ieiunauit et a diabolo temptatus uicit. reuersus in galilaeam docet. sabbatis [18] synagogam ingressus esaiam se signare [19] ac nullum prophetam in patria sua dicit acceptum de qua eiectus apud capharnaum hominem a daemonio sabbatis [20] liberat et socrum symonis a febribus et multos male habentes curat. et daemonia se confitentia increpat. de naui adloquitur. de qua pisces multos capit facit ubi etiam petrum [21] iohannem et iacobum

---

1 + offerens PTW | 2 illa W | 3 iohēs esset PTW | 4 postquam W | 5 et in PT | 6 octauo TW | 7 prophetes T, -tissa CY | 8 prophetauit PT, -tizat · , predicit C | 9 prenuntiat T | 10 cur. pil. PCT¹, proc. pil. T², proc. pontio pil. W, + iudaeam PTY | 13 baptista WY | 14 paenitentiam WY, *om* C | 15 ∾ des. uent. PT | 16 + in W | 17 figura CWY | 18 + in WY | 19 se designare PT, legit ubi de eo prophetauerat W | 20 sublatis P | 21 + et W.

# B

Ms. ADOVR
Par = B
Chigi
AVI 164 = G
Arsenal 1184=F
(GF = μ)

I. 'Zacharias angelo non credens' [1] obmutuit ac [2] posteaquam elisabeth peperit, locutus est zacharias et prophetauit, natiuitas iesu ab angelis pastoribus indicatur [3], quique die octauo [4] circumciditur.

II. Simeon iustus christum paruulum benedicit, iesus annorum duodecim in templo cum doctoribus legis disputat.

III. Anno quinto decimo [5] tiberii caesaris iohannes iesum [6] baptizat quem existimabant [7] filium ioseph qui fuit filius heli.

IIII. Iesus temptatus a diabolo uicit, reuersus in galilaeam et ingressus nazareth in synagogam esaiam legit de qua eiectus hominem a daemonio [8] sabbatis liberat et multos alios curat, de naui [9]

---

1 *om* μ | 2 et μ | 3 indicata XG | 4 octaua XG | 5 + imperii θ | 6 xpm AR | 7 existimabat θ, -mant R, aestimabant A, -bat X | 8 daemone AXμ | 9 nauicula J.

# In

I. Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem quae in nobis conpletae sunt.

II. Factum est autem in diebus illis exiit edictum a caesare augusto.

III. Et postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur.

IIII. Et cum factus fuisset annorum duodecim.

V. Anno autem quinto decimo imperii tiberii caesaris.

VI. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus.

VII. Et uenit nazareth ubi erat nutritus.

VIII. Et descendit in capharnaum ciuitatem galilaeae.

VIIII. Factum <est> autem cum turbae inruerent in eum.

X. Et factum est cum esset in unam ciuitatem.

XI. Et factum est in una dierum et ipse sedebat docens.

XII. Et post haec exiit et uidit publicanum nomine leui sedentem ad teloneum.

# C

M : AYCVH *ut supra*, Harl. 2797 = L

I. Praefatione [1] lucas theophilo euangelium indicat per ordinem descripturum.

II. Sacerdotium iusti zachariae refertur et uisio in templo qua ei filius angelo reuelante promittitur nasciturus cuius etiam conceptio memoratur.

III. Missus angelus ad mariam nasciturum loquitur saluatorem quo mox concepto salutatur ab [2] elisabeth exultante in utero iohanne unde post tres menses reuersa est in domum suam.

IIII. Nato iohanne uox eloquii muto redditur patri ilico prophetanti puer in deserto est usque in diem ostensionis suae ad israhel.

V. Refertur edictum caesaris et [3] natiuitas christi pastoribus ab angelo nuntiatur cum quo caelestis militiae [4] multitudo canit gloria in excelsis deo.

VI. Angelis discedentibus [5] pastores profecti saluatorem in praesepio positum reppererunt deum super his quae uidebant [6] conlaudantes.

VII. Octauo die circumcisionis eius prophetia [7] praesentis symeonis iusti uel annae prophetissae narratur.

VIII. Duodennis ipse remansit a suis in templo quaerenti matri dicens in his quae patris mei oportet me esse.

VIIII. Anno XV tiberii caesaris iohannis orta praedicatio dicitur qua cunctos ad paenitentiam cohortatur et calciamentis domini se fatetur indignum.

X. Herodes carceri dat iohannem et XXX annorum baptizato domino trinitatis in baptismo mysterium declaratur generationum LXXVII a christo sursum uersus [9] ad deum ordo contexitur.

XI. XL dierum ieiunium et trina temtatione diabolus superatus ostenditur.

XII. Fama regressi in galilaeam refertur et quod esaiae librum accipiens de se impletum dixerit nec habere prophetam honorem in patria sua relata etiam uidua de sarepta uel leprosi neman syri mundatione quod per medium eorum qui eum de monte praecipitare uolebant transierit indicatur.

XIII. Confitentem in synagoga daemonem pellit ex homine.

XIIII. Socrus petri et multorum infirmorum turba sanatur et confessio daemonum prohibetur.

XV. Duabus nauiculis captura piscium in uerbo

---

[1] praefatio H | [2] *om* L | [3] *om* VL | [4] *om* A | [5] descendentibus AY | [6] uiderant H | [7] prophetiae AYCH | [8] + sunt CV | [9] + usque CV, que L | [10] + que LV | [11] + potestatis iure H.

# Cy

## Ms : MB

II. Ubi promissus est zacharie filius iohannes per angelum gabrihelum.
III. Ubi conceptus est iohannes.
IIII. Ubi adnuntiatus est iesus mariae uirgini filius per angelum gabrihelum.
V. Ubi maria salutauit elisabeth et mansit apud illam mensibus tribus.
VI. Ubi natus est iohannes.
VII. Ubi nomen accepit iohannes.
VIII. Ubi prophetauit zacharias.
VIIII. Ubi natus est iesus.
X. Ubi adnuntiatus est pastoribus per angelum [1].
XI. Ubi exercitus angelorum laudauit [2] deum dicens : gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus bonae uoluntatis.
XII. Ubi eum uiderunt pastores.
XIII. Ubi circumcisus accepit nomen iesus.
XIIII. Ubi uenerunt cum eo hierosolima ut offerrent pro eo sacrificium secundum legem; et uidit eum symeon et agnouit christum domini et profetauit de illo.
XV. Ubi anna prophetissa de illo prophetauit.
XVI. Ubi scriptum est quod puer iesus corroborabatur 'et crescebat et adimplebatur' [3] sapientia.
XVII. Ubi duodecim annorum quaerentes eum inuenerunt in templo hierosolima inter magistros audientem illos et interrogantem.
XVIII. Ubi scriptum est quod subiectus [4] erat parentibus et proficiebat aetate et sapientia.
XVIIII. Ubi coepit predicare iohannes baptista paenitentiam.
XX. Ubi testimonium perhibuit christo iohannes et scriptum est de ipso iohanne quia inclusus < est > ab herode in carcere.
XXI. Ubi super baptizatum iesum descendit spiritus quasi columba et uox de caelo facta est.
XXII. Ubi de aetate ipsius post baptisma [5] dicitur, et repetitur parentum [6] origo sursum uersus a ioseph usque ad adam.
XXIII. Ubi ieiunauit et temtatus est a satana.
XXIIII. Ubi reuersus est in galileam in uirtute spiritus et docebat in synagogis.
XXV. Ubi legit esaiam prophetam in synagoga nazareth et admirantes [7] dixerunt : nonne iste filius est [8] ioseph?
XXVI. Ubi ait : amen dico uobis quia nemo propheta acceptus est in patria sua, et quia in sarepta [9] sidonis missus est helias ad mulierem uiduam, et quia ab eliseo neman [10] syrus emundatus est; et ubi, qui [11] haec audiebant, nazareni expulerunt usque ad supercilium montis ut eum praecipitarent et non potuerunt.
XXVII. Ubi scriptum est quod in capharnaum docebat sabbatis.
XXVIII. Ubi expulit daemonium quod clamabat : quid nobis et tibi [12], iesu [13] nazarene.
XXVIIII. Ubi abstulit febrem a socru [14] petri.
XXX. Ubi post occasum solis multos sibi oblatos manu inposita sanauit, et conpescuit daemonia clamantia [15] : tu es filius dei.

II = I *in* B *et sic deinceps* | [1] ∼ per ang. past. M | [2] laudabit BM | [3] *om* B | [4] subditus B | [5] baptismum B | [6] parentem B | [7] + eam B | [8] *om* B | [9] sarapta M | [10] naman M | [11] que BM | [12] + est M | [13] ihs M | [14] socrum M | [15] clamantium B.

# Ben

## Ms : CR *ut supra*

I. De sacerdotio zachariae.
II. De natiuitatis annuntiatione domini.
III. De prima descriptione cyrini et natiuitate domini.
IIII. De circumcisione iesu christi.
V. Ubi dominus, cum duodecim esset annorum, disputabat cum doctoribus iudaeorum.
VI. De tyberio caesare, cuius anno quinto decimo iohannes praedicauit.
VII. De baptismo domini, et de aduentu spiritus sancti. et numero generationis eius.
VIII. De temptationibus domini. et deserto. et quadraginta dierum ieiunio.
VIIII. De nazareth ubi dominus in templo librum esaiae accepit legendum.
X. Ubi daemonium dicit filio dei : quid nobis et tibi.
XI. De socru symonis petri quam a febribus sanauit.
XII. Ubi dicit : laxate rete in captura piscium.
XIII. De leproso mundato.
XIIII. De paralytico in lecto ante dominum posito.
XV. De electione leui et conuiuio publicanorum et de panno rudi.
XVI. De discipulis spicas uellentibus.

II natiuitate annuntiationis R | VII et aduentus R | numerum R | XI socru R | XII retem R | XV communio R.

# Vich

I. Zacharias filium sibi nasciturum ab angelo audit, helisabeth concipit. angelus ad mariam mittitur. maria domum zachariae petit iohannes nascitur. pater mutus loquitur. christus natus in praesepi locatur. ab angelis pastoribus indicatur. circumciditur ad templum cum hostiis defertur. a simeone susceptus benedicitur.

II. Iesus annorum duodecim in templo remanens amare queritur ibique inter doctores inuenitur atque parentibus subditur et aetate sapientiaque proficere dicitur.

III. De iohannis praedicatione et baptismo, de iesu baptizato et columba uoceque patris et generationis serie sursum a ioseph usque ad adam descripta.

IIII. Iesus temptatur, in galilea regreditur nazareth in sinagoga legit uidue saraptene et nahaman syri mentionem facit. extra ciuitate eicitur. capharnaum ingreditur hominem a demonio curat. socrum petri a febribusliberat aliosque multos infirmos sanat in desertum secedit a turbis queritur de nauicula turbas docet capturam piscium petro

## A

eligit [1] leprosum mundat [2] in deserto orat.

V. Paralyticum dimissum per tectum iesus a peccatis et ab infirmitate liberat. leui publicanum sequi iubet apud quem murmurantibus pharisaeis cenans dicit sanis non esse [3] opus [4] medicum et [5] de ieiunio disputans parabolam panni et utrium ponit. spicas uellentibus discipulis panes propositionis commemorat. hominem manum aridam habentem sabbatis curat. in oratione pernoctat. apostolos eligit [6] turbas adloquitur beatitudinem aliorum et aliorum infelicitatem promittens. parabolam proferens [7] de ducatu caeci et magistri et discipuli et festucae in oculo uel trabis et arboris boni fructus uel mali et hominem [8] qui domum super [9] petram uel super harenam aedificauit [10].

VI. Centurionis puerum curat. uiduae filium resuscitat [11]. iohannes discipulos mittit ad iesum. et [12] christus de iohanne loquitur subnectens similitudinem puerorum in foro sedentium [13]. mulier peccatrix lacrimis pedes christi lauat et unguet propter quam parabola dicitur creditoris qui [14] parum uel multum concedit [15] in itinere sequentibus se turbis et mulieribus quae curatae erant similitudinem seminantis dicit cuius semen in bonam terram uel petrosam cecidit.

VII. [16] Lucernam non sub uas sed super [17] candelabrum poni. matrem et fratres repudiat. nauigans post somnum tempestatem sedat. hominem a maledictione [18] liberat [19] iairi filiam dum iret resuscitare mulierem a profluuio liberat. puellam uiuificat.

VIII. Mittens discipulos praedicare dat eis omnem potestatem [20], quibus herode mirante reuersis in deserto quinque panibus et duobus piscibus quinque milia uirorum [21] satiat. interrogans quem se dicerent turbae a petro christus declaratur. et monet

1 elegit NWY | 2 + et T | 3 est N | 4 ∾ op. esse W | 5 *om* C | 6 elegit WY | 7 praef. CT | 8 de homine W | 9 supra WY | 10 aedificat T | 11 De cent. puero et uid. filio resuscitato W | 12 *om* W | 13 ludentium W | 14 cui W | 15 conceditur W | 16 *coni* WY | 17 supra W | 18 legione W | 19 *div.* WY | 20 data eis omni potestate WY | 21 uiros C, hominum T.

## B

alloquitur [1] de [2] qua pisces multos capi facit [3] et petrum [4] iohannem et [5] iacobum elegit [6] leprosum mundat et in deserto orat.

V. Paralyticum dimissum per tectum [7] curat leui publicanum sequi iubet et pharisaeis dicit non esse [8] opus sanis medicum [9], discipuli spicas uellunt [10], manum aridam habentem sabbatis curat, apostolos elegit [11] et [12] turbis beatitudinem aliorum et aliorum infelicitatem cum parabolis praedicat ‘ et mandatis ’ [13].

VI. Centurionis puerum curat, uiduae filium mortuum resuscitat, iesus [14] de iohanne testimonium [15] dicit cum similitudine puerorum in foro [16] sedentium, mulier peccatrix lacrimis [17] pedes christi lauat [18], in itinere sequentibus se uiris ac mulieribus parabolam seminantis dicit, ‘ naui-

1 loquitur JR | 2 *om* OX | 3 fecit XμR, 4 + et BD | 5 *om* AμR | 6 eligit A | 7 lectum IX | 8 *om* R | 9 medico DB, -cus X | 10 euellunt μ | 11 eligit X | 12 *om* XR μ | 13 *om* ARϑ | 14 xp̄s ϑ | 15 ∾ test. de ioh. X | 16 *om* μ | 17 *om* B | 18 lauit RB.

## In

XIII. Factum est autem in sabbato secundo primo cum transiret per sata.

XIIII. Et cum dies festus esset uocauit discipulos suos.

XV. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui.

XVI. Cum autem implesset omnia uerba sua in aures plebis.

XVII. Et nuntiauerunt iohanni discipuli eius de omnibus his.

XVIII. Rogabat auautem illum quidam de pharisaeis ut manducaret cum illo.

XVIIII. Et factum est deinceps et ipse iter faciebat per ciuitatem et castellum.

XX. Factum est autem una dierum et ipse ascendit in nauiculam.

XXI. Enauigauerunt autem ad regionem gerasenorum.

XXII. Factum est autem cum redisset iesus excepit illum turba.

XXIII. Conuocatis autem duodecim apostolis dedit illis uirtutem.

XXIIII. Et adsumptis illis secessit seorsum in locum desertum.

## C

domini repente completis timor pauescentis petri sociorumque eius edicitur [1].

XVI. Leproso mundato multi uirtute domini curantur infirmi.

XVII. Paralyticum nudato tecto dimissum ante se et a peccatis et a paralysi curat [2].

XVIII. Leui qui et matheus de teloneo uocatur, murmurantes [3] de publicanorum conuiuio uel de ieiunio adhibita sponsi et uestimenti ac uini noui [4] comparatione redarguit.

XVIIII. Quaerentes de euulsione [5] spicarum [6] in sabbatis relato dauid exemplo conuincit.

XX. In synagoga manum aridam sanat repletis insipientia pharisaeis.

XXI. Pernoctans in oratione mane duodecim apostolos nominat tangentes eum sanantur egroti.

XXII. Pauperes esurientes flentes persecutionem patientes beatos uocat uae diuitibus ac ridentibus dicens etiam inimicos praecipit [7] diligendos et percutienti [8] uel nudanti minime resistendum.

XXIII. De festuca et trabe arbore quoque bona et mala atque domo aedificanda parabolam ponit.

XXIIII. Centurionis seruum curat rogantibus pro eo senioribus et amicis.

XXV. Filius unicus uiduae matris mortuus iam ciuitate elatus de feretro suscitatur.

XXVI. Regressis iohannis nuntiis multa de eius magnitudine loquitur et pueris sedentibus in foro generationem comparat iudaeorum.

XXVII. Discumbentis domini pedes mulier lacrimis rigat et pharisaei cogitatio parabola duorum arguitur debitorum.

XXVIII. Euangelizanti domino et discipulis eius mulieres de suis dicuntur facultatibus ministrasse parabolam quoque seminantis fructuumque proponit ‘ atque exponit ’ [9].

XXVIIII. Lucernam sub uase non ponendam et eos matrem fratresque uocandos ait qui patris fecerint uoluntatem.

XXX. In naui dormiens excitatur a periclitantibus et tempestatem maris uerbo compescit.

XXXI. Hominem a daemonum legione curauit quos in porcos ire concessit.

XXXII. Pergens ad filiam iairi suscitandam mulierem a profluuio sanguinis saluat resuscitatae puellae dari praecipit manducare.

XXXIII. Conlatis uirtutibus mittit duodecim praedicaturos praeceptis salutaribus institutos.

XXXIIII. Famam eius herodes [10] audisse

[1] dicitur LV | [2] + solita iussione H | [3] + quoque H | [4] ∾ noui ac uini LV | [5] uulsione YC | [6] spicatorum H | [7] praecepit A[1]YHL | [8] percutientis C, -tes Y | [9] *om* V | [10] herodis YC

# Cy

XXXI. Ubi, uolentibus se turbis tenere ne desererentur [1] ab eo, dixit : oportet me in aliis ciuitatibus bene nuntiare regnum dei, in hoc enim sum missus.

XXXII. Ubi de naui docebat populos.

XXXIII. Ubi, eo praecipiente, miserunt retia petrus et filii zebedei et tantum ceperunt ut disrumperentur ab eis et implerunt duas naues; ibi eis dixit : faciam uos piscatores hominum.

XXXIIII. Ubi mundauit uarium et praecepit illi ut nemini [2] diceret et [3] offerret pro emundatione [4] sua quod imperauit moses.

XXXV. Ubi scriptum est : conuenientibus ad eum turbis ipse fuit secedens [5] in solitudinem [6] et adorans.

XXXVI. Ubi paralytico summisso [7] per tectum dixit : surge tolle grabattu tuum et uade in domum tuam.

XXXVII. Ubi dixit publicano qui uocabatur leui : sequere me, et quia non opus est sanis medicus [8], et quia non possunt filii sponsi, quamdiu habent sponsum secum, ieiunare; et similitudines de panno nouo ad uestimentum uctus et de uino et utribus.

XXXVIII. Ubi discipuli eius sabbato spicas uulsas manducabant; ibi commemorauit quod dauid panes propositionis cum eis qui cum illo erant manducauit; ibi ait quia dominus est filius hominis etiam sabbati.

XXXVIIII. Ubi manum aridam hominis curauit in synagoga.

XL. Ubi orauit in montem pernoctans, et die inlucescente elegit duodecim discipulos, et nomina eorum commemorata sunt.

XLI. Ubi descendit in locum campestre, et fuit ibi cum eo turba discentium et qui uenerant audire illum et curari ab eo; et locutus est [9] eis de felicitate eorum qui miseri uidentur huic saeculo, et de miseria eorum qui beati uidentur huic saeculo; et multa monuit de summa iustitia quomodo debeant homines diligi, et similitudines dedit de caeco qui caecum ducit, et de stipula in oculo fratris, et de duabus arboribus, et de eo qui aedificat domum super petram et de eo qui aedificat domum [10] super harenam.

XLII. Ubi curauit seruum centurionis absentem, quia non eum permisit centurio intrare [11] in domum suam, dicens dignum se non esse, et credens quod uerbo absentis possit sanari seruus eius.

XLIII. Ubi suscitauit unicum filium uiduae qui ferebatur ad sepulchrum.

XLIIII. Ubi ad illum misit iohannes baptista qui quaererent utrum ipse esset [12] christus.

XLV. Ubi locutus est de iohanne, perhibens ei [13] testimonium de scripturis quod angelus esset et [14] missus ante illum; ibi est et similitudo de pueris in foro clamantibus ad inuicem : tibia [15] cantauimus [16].

XLVI. Ubi dimisit peccata mulieri multum peccatrici quae lauit ei pedes lacrimis in domo pharisaei recumbenti; ibi est similitudo de duobus debitoribus cui minus et cui plus donatum est, cum ambo soluere nihil possint [17].

XLVII. Ubi nominatae sunt mulieres quas curauerat ab spiritibus nequam, et sequebantur eum per ciuitates praedicantem [18] regnum dei cum discipulis suis et ministrabant eis.

XLVIII. Ubi turbis de ciuitatibus ad eum uenientibus locutus est in [19] similitudine de semine quod cadit in uiam et in petram et inter spinas et in terram bonam, et soluit eam solis discipulis suis; ibi dixit et alias similitudines de lucerna super candelabrum ponenda et quia dabitur habenti ‘et auferetur non habenti’ [20].

---

[1] diserentur B | [2] nemine M, -nem B | [3] *om* B | [4] emendatione M | [5] sedens BM | [6] solitudine B | [7] summissum B | [8] medico M | [9] *om* M | [10] *om* B | [11] *om* B | [12] est B | [13] et M | [14] *om* M | [15] tibi BM | [16] cantabimus B | [17] possint B | [18] praedicantes M, -te B | [19] de BM | [20] *om* B.

# Ben

XVII. De manu arida curata.

XVIII. De nominibus apostolorum et beatitudine.

XVIIII. De lamentatione diuitum et dilectione inimicorum.

XX. De festuca et fructu bonae arboris; de thesauro cordis et domus in petra.

XXI. De puero centurionis qui synagogam construxit.

XXII. De unico matris in naym ciuitate suscitato.

XXIII. Ubi iohannes dicit : tu es qui uenturus es; et dominus ad turbam de eo loquitur, et in natis mulierum non esse maiorem iohanne.

XXIIII. De muliere quae dominum unguento in domo symonis pharisaei recumbentem uncxit.

XXV. De mulieribus quae a spiritu immundo sanatae sunt. et de seminibus in locis squalidis et de occultorum manifestatione.

XXVI. Ubi dormiens dominus pro uentis et mari saeuientibus suscitatur, et de inergumino a monumento egresso.

XXVII. De filia iairi principis resuscitata. et muliere a fluxu sanguinis sanata.

XXVIII. De potestate curationis et ammiratione herodis.

XXVIIII. Ubi quinque milia hominum de. V. panibus saturantur.

---

XVII curato R | XXII es 2°] est C | maior CR | XXV sermonibus C | mare R | suscitatus C | XXVII suscitata C.

# Vich

tribuit ipse cum iacobo et iohanne sequitur illum et leprosus mundatur atque iesus in desertum orat.

V. Paraliticum curat leui publicanum sequi iubet. similitudinem pannis rudi et uestimenti ueteris inducit. discipuli spicas uellunt. hominem manum aridam habentem sabbato curat. apostolos eligit. beatitudines eorum enumerat ue diuitibus intonat et mandatis discipulos instruit.

VI. Centurionis puerum sanat, filium uiduae suscitat ihoannes ad eum interrogando discipulos mittit iesus iohannem laudans angelum uocat iudeos pueris in foro sedentibus comparat. mulier peccatrix pedes ipsius lacrimis lauat. iter per ciuitates cum duodecim facit et mulieres eum sequentes de facultatibus suis ei ministrant parabolam seminantis dicit et discipulis edisserit.

VII. Lucernam non operiendam uase dicit matrem et fratres qui uoluntatem patris faciunt uocat procellam uenti sedat. hominem a legione demonum liberat filiam principis sanare uadens mu-

---

VI deserit | VII operienda.

## A

abnegatis [1] omnibus [2] crucem tolli et se insequi [3]. designans esse illic qui mortem non gustarent ante uisionem gloriae eius.

VIIII. In montem [4] adsumpto petro [5] iohanne et iacobo christus transfiguratur inter moysen et heliam uisus, ubi tria tabernacula petrus debere fieri dicit et nube obumbrantur ac uox caelestis filium declarat puerum lunaticum liberat ac se tradi habere [6] pronuntiat et cogitantes discipulos quis eorum maior esset instruit ac non prohibendum qui in nomine suo uirtutem faciat [7] a samaritanis non recipitur. et uolentes apostolos ignem super eos descendere increpat. sequi ‘ uolenti se ’ [8] non habere ubi caput reclinet praedicit, alterum tamen ipse [9] etiam patris morte intermissa ad sequendum [10] eligit [11] et alio uolenti suis primum [12] nuntiare [13] aratoris figuram ponit [14] retro respicientis.

X. Eligit [16] septuaginta duos quos mittit ad praedicandum ipse uero increpat ciuitates et reuersos discipulos ex eo dicit feliciores quod eorum nomina in caelo essent scripta ob quam rem gratias agit patri quod bona sint paruulis reuelata et omnia sibi a patre tradita manifestat quem neminem nisi filium nosse [17] declarat beatosque oculos qui uiderint [18] id quod prophetis non contigit. a legisperito temptatus [19] mandata dat [20] quae fieri praecepit [21] dominus. parabolam uulnerati quem leuita et sacerdote praetereunte [22] samaritanus colligit. apud martham mariae partem conlaudat.

XI. Post orationem propriam docet orationem et parabolam ponit eius qui propter taedium dat postulanti panem. petendum esse quaerendum et pulsandum exemplis [23] adserens daemonium eiciens in principe [24] daemoniorum id eum facere opinantes [25]

---

1 abnegantes TP | 2 + et P | 3 sequi se WT | 4 monte PC | 5 + et TW | 6 debere σ, *om* W | 7 facit C | 8 sese PT | 9 ipsa | 10 sequenda σ | 11 elegit WY | 12 prius W | 13 renuntiare WY | 14 proponit W, + et σ | 16 elegit CW (∾ sept. d. el.) | 17 *om* T | 18 uiderent W | 19 temptatur W | 20 *om* NWY | 21 precipit PC | 22 pretereuntibus W | 23 exemplum Y | 24 principem | 25 id

## B

gans tempestatem sedat [1].

VII. [2] De [3] lucerna super candelabrum, [4] de his [5] qui [6] uerbum dei [7] faciunt, de legione daemoniorum in porcos [8] de profluuio mulieris, [9] de filia principis cui [10] nomen erat [11] iairus resuscitata.

VIII. Mittens discipulos [12] praedicare dat eis omnem [13] potestatem quibus reuersis ‘ quinque panibus et duobus piscibus ’ [14] quinque milia uirorum satiat. a petro christus declaratur.

VIIII. In monte transfiguratur puerum lunaticum liberat [15] et humilitatem docet ac non esse prohibendum qui in nomine suo [16] uirtutem faciat [17] dicit [18], a samaritanis non recipitur, sequi se uolenti similitudinem aratoris retro respicientis [19] interponit.

---

1 *om* Xμ | 2 *coni* RX | 3 *om* R | 4 + nauigans temp. sedat Xμ | 5 eis XRμ | 6 + audiunt R | 7 + et R | 8 *div* X | 9 *div* RA | 10 cuius X | 11 *om* RB | 12 + suos Bμ | 13 *om* R | 14 *om* Xμ | 15 curat R | 16 eius X | 17 facit X | 18 *om* X | 19 ∾ resp. retro B.

## In

XXV. Et factum est cum solus esset orans.

XXVI. Factum est autem in sequenti die descendentibus illis de monte.

XXVII. Factum est autem cum conplerentur dies adsumptionis eius.

XXVIII. Post haec autem designauit dominus et alios LXX duo.

XXVIIII. Reuersi sunt autem LXXII cum gaudio.

XXX. Et ecce quidam legis peritus surrexit temptans illum.

XXXI. Factum est dum irent et ipse intrauit in quoddam castellum.

XXXII. Et factum <est> cum esset in loco quodam orans.

XXXIII. Et erat eiciens demonium et illud erat mutum.

XXXIIII. Factum est autem cum haec diceret extollens uocem quaedam mulier de turba.

XXV. Et cum loqueretur rogauit illum quidam pharisaeus ut pranderet aput se.

XXXVI. Uae uobis pharisaeis qui diligitis primas cathedras in synagogis.

## C

refertur et apostoli dicuntur quae fecerant rettulisse.

XXXV. Quinque panibus et duobus piscibus quinque hominum milia saturat [1].

XXXVI. Interroganti discipulos quem eum dicerent homines petrus respondit christum [2] dei at ipse praenuntiat se passurum.

XXXVII. Docet ut eum quisque secuturus abneget semetipsum et quosdam non uisuros ait mortem donec uideant regnum dei mox infertur transfiguratus in montem [3].

XXXVIII. Cuiusdam filiam a daemonio increpata [4] generationis incredulitate curauit.

XXXVIIII. Iterum dicit se passurum fore et de primatu [5] cogitationes eorum statuto in medio puero uetans humilitatem docet et non prohiberi [6] uirtutes in ipsius nomine facientem.

XL. Ignem de caelo super contemtores petere uolentes discipulos increpat et dicenti sequar te uulpes foueas habere testatur iubens [7] sequenti dimittere mortuos et tenentem aratrum non respicere retro.

XLI. Designatis et aliis LXX duobus dat praecepta quibus debeant praedicare mox incredulas increpat ciuitates LXX duobus reuersis atque gaudentibus praecipit [8] non de subiectione daemonum sed de suorum in caelo nominum scriptione gaudere.

XLII. Confessio laudis in gaudio refertur [9] ad patrem post quam infert priores iustos ‘ quae uident discipuli non ’ [10] uidisse.

XLIII. Legisperito de uita aeterna quaerente et quis eius esset proximus sciscitante indicit parabolam uulnerati cui conlatam a samaritano misericordiam praecipit [11] imitandam.

XLIIII. Querellam ministrantis marthae de sorore non eam adiuuante optimam eam partem elegisse dicendo compescit.

XLV. Norman orationis quinque petitionum rogatus a discipulo [12] tradit [13].

XLVI. Amici tres panes media nocte petiti parabolam ponens petendum quaerendum pulsandumque persuadit [14].

XLVII. Mutum daemoniacum restituto curat eloquio et in belzebub talia eum posse dicentes de armato fortiore deuicto et de spiritu inmundo septempliciter in homine regresso redarguit.

XLVIII. Exclamanti mulieri beatum esse uentrem qui eum portasset respondit esse eum

---

1 ∾ sat. q. m. h. L | 2 xp̄i YC | 3 monte HVL | 4 increpatam VL | 5 primato YCH | 6 prohibere VL | 7 iuuens Y¹H, -nis Y², -ni LV | 8 praecepit HL | 9 ∾ edicetur in gaudio H | 10 uoluisse uidere quae u. disc. nec H | 11 praecepit HL | 12 discipulos YH | 13 tradidit H | 14 persuadet VL, -sit H.

## Cy

XLVIIII. Ubi enuntiati [1] sunt mater eius et fratres eius cum starent foris quaerentes eum.

L. Ubi nauigans cum discipulis suis [2], uento et aquis turbantibus nauem [3] imperauit ut quiescerent [4].

LI. Ubi misit daemonia in porcos et proficiscens inde praecepit ei quem mundauerat uolenti secum pergere ut iret [5] in domum suam enarrans quanta sibi fecerit dominus.

LII. Ubi mulier a fluxu sanguinis sanata est tangens fimbriam uestimenti eius cum iret in domum iairi archisynagogi propter filiam eius quam mortuam suscitauit.

LIII. Ubi misit duodecim discipulos ad sanandos homines et praedicant regnum dei.

LIIII. Ubi herodes tetrarcha [6] audiuit de factis eius cum discipuli mirabilia facerent, et quaesiuit eum uidere cum uaria de illo sentirent homines quisnam esset, et cum reuersis ad se [7] discipulis secessit secreto in solitudinem [8].

LV. Ubi pauit turbas de quinque panibus et duobus piscibus.

LVI. Ubi quaesiuit a [9] discipulis quem illum dicerent homines et ipsi discipuli; ibi de passione et resurrectione locutus est, et [10] quia saluabit animam suam qui perdiderit eam propter illum, et quia confundit eos [11] qui confusi fuerint de illo, et quia erant ibi quidam qui non gustarent mortem antequam uiderent regnum dei.

LVII. Ubi se in claritate ostendit in monte tribus discipulis, et duo uiri conloquebantur illi moses et helias qui postquam introierunt in nube facta est uox de nube : hic est filius meus [12] electus, audite illum.

LVIII. Ubi curauit puerum ab spiritu inmundo quem non potuerunt discipuli eius.

LVIIII. Ubi dixit discipulis : filius hominis incipit tradi in manus hominum, et non intellexerunt, et cogitantibus qui est maior inter illos, ostendens eis [13] puerum docuit humilitatem.

LX. Ubi respondit de illo qui in nomine eius expellebat daemonia cum eum non sequeretur.

LXI. Ubi discipuli eius dixerunt : uis dicamus ignem descendere ad consumendos illos qui eum non receperunt? et conpescuit eos.

LXII. Ubi respondit ei qui uolebat eum sequi quod filius hominis non habet ubi caput suum inclinet [14].

LXIII. Ubi dixit : sine mortui mortuos suos sepeliant; et alteri dixit : nemo retro adtendens et superponens manum in aratro aptus est regno [15] dei.

LXIIII. Ubi elegit et alios septuaginta et misit eos [16] dicens : ecce mitto uos ad messem quomodo agnos in medio luporum; et praecepit eis quomodo uersarentur, maledicens ciuitatibus quae mirabilibus [17] eius commotae non sunt ad paenitentiam.

LXV. Ubi dixit gaudentibus discipulis quod daemonia illis subiecta essent de fulgure [18] satanae, et de serpentibus et scorpiis, et uirtutibus inimici et de gaudio nominum scriptorum in caelo.

LXVI. Ubi hilaratus [19] in spiritu gratulatus est quod paruulis ista reuelata sint, et de patris et filii cognitione, et de prophetis qui uoluerunt uidere et audire et non potuerunt.

[1] enuntiatae B | [2] *om* M | [3] turbant ibi nauim B | [4] quiesceret BM | [5] irent B | [6] tetarcha M | [7] *om* M | [8] solitudine B | [9] *om* B | [10] ei B | [11] eas BM | [12] *om* M | [13] *om* B | [14] reclinet B | [15] regnum B | [16] *om* M | [17] mirabilius B | [18] fulgura B | [19] iratus BM.

## Ben

XXX. Ubi dominus dispulos interrogat quem eum turbae existimant, et de traditione sua <et> cruce tollenda.

XXXI. De transfiguratione domini in monte.

XXXII. De collisione hominis a spiritu. et cogitione discipulorum.

XXXIII. De nuntiis ante praemissis euntibus hierusalem.

XXXIIII. De foueis uulpium et nidis uolucrum.

XXXV. De electione septuaginta duorum et messe. et de domo in domum <non> transeundum et maledictione ciuitatum.

XXXVI. Ubi discipuli de subiectione daemonum renuntiant. et nemo nouit filium nisi pater.

XXXVII. De inquisitione uitae aeternae. et de eo qui incidit in latrones.

XXXVIII. De martha sorore lazari quae hospitio dominum recepit.

XXXVIIII. De oratione dominica. et de tribus panibus nocte ab amico extortis.

XL. De digito dei et de spiritu in deserto errante.

XLI. De muliere que aluum matris domini de turba laudauit. et de signo ionae et regina austri. et lucerna super candelabrum.

XLII. Ubi quidam phariseus dominum rogauit ut pranderet apud se. et ubi eos increpat.

XXXV messem R | transeundi CR | XLI signum R | regine R.

## Vich

lierem a profluuio sanguinis curat et illam ad quam ibat mortuam inueniens suscitat.

VIII. Discipulos ad praedicandum concessa curandi potestate mittit herodes de ipso interrogat apostolis reuersis ad bethsaida secedit. de V panibus et duobus piscibus turbas pascit discipulos quem se dicant interrogat seque passurum denunciat et sequi se uolentes crucem ferre mandat.

VIIII. Iesus in monte transfiguratur puerum lunaticum curat iterum se passurum denunciat humilitatem insinuat in nomine suo uirtutes facientes non prohibendos indicat a samaritanis non recipitur non se uenisse animas perdere dicit sequi se uolenti non habere ubi caput reclinaret dicit alium sepelire patrem non permittit et alteri intimat mittentem manum ad aratrum retro non debere respicere.

X. Discipulos LXXII eligit et instructos doctrinis ad praedicandum mittit. uae ciuitatibus praedicit. LXXII reuersis non de uirtutibus sed de nominibus in caelo scriptis gaudere pronunciat patri confitetur quod haec sapientibus celans paruulis reuelauerit. a

# A

destruxit [1]. beatosque dicit qui audiunt uerbum dei [2] ‘ et custodiunt ’ [3] dans signum ionae et reginae austri et nineuitas dicit in iudicio fore [4] beatos. et lucernam super candelabrum poni et quod oculus sit lucerna corporis. apud pharisaeum inuitatus lauandum potius quod intus est elemosynis pronuntiat increpans multos pharisaeos et legis doctores.

XII. Pharisaeis uolentibus cum eo contendere discipulos palam docet ut eorum fallaciam caueant et eum timeant qui potest post mortem [5] in gehennam mittere. et plures [6] esse discipulos quinque passeribus dipondio ualentibus [7] et negantem [8] se negaturum et peccanti in spiritu sancto [9] non remittendum et non cogitandum [10] quid adprehensus [11] loquatur. petenti respondit se [12] non esse diuisorem hereditatis. similitudinem [13] eius cui [14] multa nata sunt cuius anima eadem nocte peteretur [15] ac docet exemplis non cogitandum de crastino faciendamque elemosynam omnibus uenditis et uigilandum dicens petro felicem esse bonum dispensatorem. inde dicit ignem [16] mittere super terram non pacem, turbis quoque dicit quod faciem caeli cognoscerent, tempora non intellegerent. quos monet ut dum in uia essent reconciliarentur aduersario ne reclusi non [17] exirent donec nouissimum quadrantem redderent.

XIII. Cum ei nuntiatum fuisset ‘ galilaeos occisos ’ [18] monet agendam paenitentiam. parabolam ficulneae subiungens quam dominus cum [19] infructuosam uellet excidi [20] cultor statim postulauit. cum mulierem annis decem et octo [21] curuam [22] erexisset indignantem archisynagogum increpat. unde similitudinem grani sinapis

---

f. op. W, id eum f. pharisaeos op. PT, idem pharisaei op. NY | 1 destruit P | 2 *om* | 3 *om* C | 4 ∾ in iud. d. f. NY, in iud. f. d. W | 5 ∾ p. m. pot. PTW | 6 pluris W | 7 uolantibus σ | 8 negantes PT | 9 spm̄ scm̄ W | 10 cogitari dum N | 11 conprehensus W | 12 *om* C | 13 + proferens W | 14 cuius PT¹ | 15 expeteretur W | 16 + se , uenisse se W | 17 *om* N | 18 de galilaeis occisis PTW | 19 *om* W | 20 excidere σ | 21 ∾ XVIII a. W | 22 curuatam W.

# B

X. Septuaginta [1] elegit quos mittit [2] ad praedicandum, a legis perito temptatus dat parabolam a latronibus uulnerati quem samaritanus misericordia motus [3] collegit [4] apud martham mariae partem conlaudat.

XI. Orationem docet cum parabola [5] importune panes a uicino postulantis [6], daemonem eiciens in principe daemoniorum [7] id facere dicitur [8] et dat signum ionae, lauandum potius quod intus est elemosinis pronuntiat [9].

XII. A [10] pharisaeis monet cauendum ac non timendum eos qui corpus occidunt, petenti respondit se non esse diuisorem hereditatis cum similitudine diuitis cui multa bona [11] nata [12] fuerant, dicens petro felicem esse bonum dispensatorem.

XIII. Sub exemplo galilaeorum occisorum monet

---

1 duos D¹B | 2 mittens R | 3 colligit Xμ | 4 commotus Aɧ | 5 similitudine R | 6 postulanti μ | 7 daemonum D¹ | 8 opinantes R | 9 praenuntiat μ | 10 *om* R | 11 *om* R | 12 *om* μ.

# In

XXXVII. Cum haec ad illos diceret coeperunt pharisaei et legis periti grauiter insistere.

XXXVIII. Ait autem quidam eis de turba magister dic fratri meo.

XXXVIIII. Noli timere pusillus grex quia conplacuit patri uestro dare uobis regnum.

XL. Ignem ueni mittere in terram.

XLI. Aderant autem quidam ipso in tempore nuntiantes illi de galilaeis.

XLII. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis.

XLIII. Et ibat per ciuitates et castellas.

XLIIII. Et ipsa die accesserunt quidam pharisaeorum dicentes illi.

XLV. Et factum est cum intraret in domum.

XLVI. Quis enim ex uobis uolens turrem aedificare non prius sedens cum putat sumptus.

XLVII. Erant autem adpropinquantes ei publicani et peccatores ut audirent illum.

XLVIII. Ait autem homo quidam habuit duos filios.

# C

beatum [1] qui seruauerit uerbum dei et de signo ionae dicens reginam austri commemorat.

XLVIIII. Lucernam dicens non esse sub modio poni [2] oculum docet simplicem esse debere.

L. Apud pharisaeum prandere rogatus cogitantem de iudaico baptismate notans et uae pharisaeis sexies dicens multa eorum mala coarguit.

LI. Discipulis praecipit [3] et [4] a fermento hypocrisis cauere [5] et eos qui corpus occidunt non metuere nec in persecutione quid locuturi sint cogitare [6].

LII. Petenti quodam inter se et fratrem suum diuidi hereditatem parabolam ponit de diuite auaro mox et discipulis sollicitudinem cibi uestisque qua [7] carent aues praecipit [8] euitandam.

LIII. Pusillo gregi regnum promittens possidenda ‘ uel possessa ’ [9] propter elemosynam uendi lumbosque praecinctos et lucernas ardentes esse debere iubet uigilandum quoque serui boni malique mentione facta praecipiens seruum scientem uoluntatem domini multis, ignorantem uero paucis uapulare confirmat.

LIIII. Ignem in terram se dicit necessitudinum diuisione missurum et faciem caeli probantes debere tempus intellegere manifestum atque consentiendum aduersario in uia pronuntiat.

LV. Nuntiatis quibusdam a pilato occisis ait omnes nisi paenitentiam agant similiter perituros uel sicut illi decem et octo ruina turris oppressi. parabolam quoque de sterili arbore fici ponens indicat paenitentiam differentes et mulierem ab annis decem et octo curuatam erigens de cura sabbati murmurantes exemplo bouis adaquandi refellit gaudente populo de eius miraculis gloriosis.

LVI. Regnum dei grano sinapis comparans [10] et fermento de angusta [11] quoque uitae uia paucorum loquens erunt inquit primi nouissimi et nouissimi primi.

LVII. Herodem uulpem appellat et hierusalem increpat alis eius protegi respuentem.

LVIII. Hydropicum sabbato curans uelut de [12] umoris puteo liberatum murmurantes pharisaeos asini uel bouis in eo cadentis extractione [13] confundit. humilitatem quoque sectandam docens in conuiuio primum

---

1 ∾ b. esse resp. eum H, resp. eum esse b. V | 2 ponendam LV | 3 praecepit YH | 4 *om* V | 5 cauete H | 6 cogitarunt V | 7 *om* Y | 8 praecepit H | 9 *om* V | 10 conparat H | 11 + porta H | 12 *om* H | 13 extractatione H.

## Cy

LXVII. Ubi dedit similitudinem 'propter dilectionem' [1] proximi de illo quem latrones semiuiuum reliquerunt.

LXVIII. Ubi dixit marthae de sorore eius quod bonam particulam elegerit.

LXVIIII. Ubi docuit orare et dedit similitudinem de illo qui nocte media petit tres panes ab amico, et praecepit ut petamus et quaeramus et pulsemus, et de pisce et serpente et ouo et scorpio [2].

LXX. Ubi expulit [3] surdum daemonium, et dictum est quod in principe daemoniorum expellat daemonium; et respondens eis loquens de regno satanae et de spiritu inmundo <qui> cum exierit redit ad uacuam domum inhabitandam cum aliis septem.

LXXI. Ubi respondit mulieri benedicenti uentrem [4] matris eius, illos potius felices esse qui audiunt uerbum dei et custodiunt.

LXXII. Ubi locutus est de signo ionae prophetae et de regina austri et de paenitentia nineuitarum et de lucerna sub modio non ponenda dicens lucernam [5] esse corporis oculos.

LXXIII. Ubi recumbens apud quendam pharisaeum commotum quia non ante baptizabat ante prandium multa dixit in pharisaeos quod foris calicem et catinum emundent, quod [6] decimas dant sine [7] dilectionem dei, quod diligant honorem ab hominibus, quod monumenta [8] sint abscondita; et de [9] legis doctoribus quod alios onerarent [10], quod monumenta prophetarum aedificarent et apostolos persecuturi essent, quod absconderent clauem scientiae.

LXXIIII. Ubi contulerunt pharisaei et legis doctores ut eum accusarent.

LXXV. Ubi discipulos suos monuit ut cauerent a fermento pharisaeorum, et non eos metuerent, sed eum qui habet potestatem mittere in gehennam; ibi locutus est de quinque passeribus et de capillis numeratis, et de confessione eius coram hominibus, et quia non remitteretur blasphemia in spiritu santo et quia spiritus sanctus docet quid [11] loquantur sui [12], cum offeruntur potestatibus.

LXXVI. Ubi dixit ei quidam de turba : magister dic fratri meo ut diuidat mecum hereditatem; ibi dedit similitudinem de diuite qui non habebat ubi reponeret fructus [13], et monuit discipulos ne cogitarent de his quae huic uitae necessaria sunt, et similitudinem dedit de uolucribus et [14] de liliis et de faeno, et de uendendis rebus et de [15] faciendis elemosynis, et de uigilantia eorum qui expectant dominum quando ueniat a nuptiis, et de patre familias qui nescit quando fur ueniat, et de dispensatore qui cognoscit domini sui uoluntatem, et de [16] igne [17] quem uenit mittere in terram [18], et de baptismo, et de diuisionibus aduersus inuicem socrus uel nurus [19] et caeterorum.

LXXVII. Ubi locutus est ad turbas quod tempus imbres et ardores cognoscant, et quod iustum est non iudicant; ibi dedit similitudinem de aduersario a quo recedendum est in uia.

LXXVIII. Ubi locutus est de his quorum sanguis sacrificiis eorum commixtus est, et de his super quos cecidit turris in siloa [20]; et dedit similitudidem de arbore fici eradicanda si post triennium fructum non dederit.

LXXVIIII. Ubi curauit sabbato curuam [21] mulierem quae non se poterat erigere [22]; et indignanti archisynagogo respondit quod iumenta sua soluant sabbato et ducant ad aquam.

[1] *om* B | [2] scorpione B | [3] expulsit B | [4] uentre BM | [5] lucerna BM | [6] cum BM | [7] si B | [8] monumento B | [9] *om* B | [10] honorarent B | [11] qui B | [12] cui B | [13] reponet fructos B | [14] *om* B | [15] *om* B | [16] *om* M | [17] ignem M | [18] terra M | [19] norus BM | [20] silo M | [21] euram M, eura B | [22] cingere BM.

## Ben

XLIII. De pharisaeorum cathedris, et monumentis dealbatis increpans eos.

XLIIII. De fermento pharisaeorum. et de occultis patefaciendis. et de passeribus. et blasphemia spiritus sancti non esse remittenda.

XLV. De hereditate diuidenda et destructione horrei. et sollicitudine corporis non habenda.

XLVI. De uendendo patrimonio, et de thesauro in caelo reponendo. et de seruo qui cognouit uoluntatem domini sui et non fecit.

XVII. De igne et diuisione hominum. et aeris, de iudicatione. et ad aduersario tuo da operam liberari cum uadis cum eo.

XLVIII. De galilaeis a pilato occisis, et decem et octo uiris ruina turris oppressis <et> similitudine arboris fici infructuosae.

XLVIIII. De muliere quae spiritum infirmitatis XVIII annis habuit. et de grano sinapis et fermento in farinae sata tria.

L. De porta angusta et stridore dentium impiorum.

LI. De herode uulpi, et de ierusalem quae prophetas occidit.

LII. De ydropico curato, et inferius accumbendo. et non uocando amicos aut fratres ad prandendum sed debiles.

LIII. De his qui cenam patris familiae contempserunt.

XLIIII de 2o *om* R | XLVII uisione CR | XLVIII octo] septem R | oppressisse R | similitudinem R.

## Vich

legis perito temptatus parabolam proponit de homine qui incidit in latrones apud martham in castellum prandit.

XI. Discipulos orare docet. parabolam panes nocte petentis inducit mutum demonium eicit signum ionae dat. lucernam non esse ponendam sub modio dicit. apud phariseum prandens ipsis legisque peritis uae denunciat.

XII. A phariseis monet cauendum. iubens non timere eos qui corpus occidunt de hereditate fratrum et de diuite maiora horrea condente atque non debere sollicitari de cibis et uestibus. uendere possessa et dare elemosinam iubet. lumbos praecingere et lucernas ardentes tenere docet. fidelem dispensatorem beatum fore dicit. et de malo seruo loquens. ignem se uenisse mittere memorat. faciem caeli iudicantes improbat. cum aduersario concordandum monet.

XIII. De occisis galileis et de ficulnea et muliere curua grano sinapis et fermento et quia pauci saluantur. et de hostio claudendo a patre familias.

XIIII. Ubi herodem uulpem uocat et de hydropico in domum principis sa-

## A

subiungit [1] ex quo arbor maior holeribus nascitur et fermenti quod absconditum [2] mulier in farina et ut [3] introeatur per angustum ostium ne cludatur [4] pharisaeis ei [5] dicentibus quia herodes eum uellet occidere [6] dicit eum uulpem et prophetam extra hierusalem non perire et increpat [7] hierusalem.

XIIII. Sabbatis curat hydropicum. discumbendi [8] dat ordinem. inuitantem hortatur pauperes pascere. similitudinem iungens hominis qui excusantibus inuitatis caecos clodos [9] debiles uocauit et turbas de plateis. hortatur omnem affectionem propter se relinquendam. parabolam ponens turrem aedificare uolentis et regis.

XV. Sal fatuatum [10] esse non debere. murmurantibus pharisaeis de conuiuio peccatorum [11] dat [12] similitudinem pastoris propter unam ouem nonaginta et nouem relinquentis et mulierem quae unam dragman perditam inueniens gaudet. sed et hominis qui duobus filiis substantiam diuisit ex quibus iunior ‘ prodige egit ’ [13] pro quo uitulus occiditur de dispensatore prodigo qui sapienter fecit et ideo exemplis hortatur operandum. et deridentes eum pharisaeos increpat. legem et prophetas usque ad iohannem dicens ac moechari eum ostendit qui sua dimissa [14] alteram accipit [15] uxorem et [16] ab alio dimissam ducit.

XVI. Parabolam [17] de diuite et eleazaro [18] et nec minimum de credentibus scandalizandum atque omnia ‘ accepta fratri remittenda ’ [19] et quod fides ut granum sinapis transferat arborem mori in mare ac seruo [20] quoque [21] seruitium debitum [22] exhibendum [23]. decem leprosi curantur ex quibus unus reuersus iesum sequitur gratias agens deo. intra nos esse regnum dei. regnum

1 subiunxit W | 2 abscondit Y | 3 *om* Y | 4 + et C | 5 *om* T | 6 ∼ uell. e. occ. her. W | 7 increpatio W | 8 discumbenti W | 9 + ac W | 10 fatuum WY | 11 pastorum Y, publicanorum W | 12 *om* C | 13 quod acceperat euertit W | 14 suam dimissam PCWN, suam dimisit T | 15 accepit TY | 16 aut W | 17 parabola CWY | 18 lazaro WY | 19 peccata fr. dimitt. W | 20 a seruo PT, *om* NYW | 21 quodq. W | 22 + sic W | 23 exigendum T.

## B

agendam paenitentiam, parabolam ficulneae infructuosae subiungens [1] quae superuacue terram detineret, [2] mulierem decem et octo annis curuam erigit, herodem uulpem designat [3].

XIIII. Sabbatis hydropicum curat hortaturque inuitatorem pauperes pascere cum parabolam [4] excusantium ad caenam [5] omnem affectionem propter se odiendam dicit cum parabolam [6] turrem aedificare uolentis et regis.

XV. Sal fatuum [7] esse non debere [8] similitudinem pastoris [9] unam ouem perditam requirentis et mulieris dragmam inuenientis et hominis qui duobus filiis suis substantiam diuisit [10], de dispensatore prodigo qui sapienter fecit.

XVI. De diuite et eleazaro [11] et

1 subiugans μ | 15 occupat X, *div* G | 3 designans A, adsignat μ | 4 parabola ABD²ϑR | 5 a cena RAϑ, + et Xμ | 6 parabola D²ϑR | 7 fatuatum JG | 8 + dicit | 9 + ponit | 10 ∼ diu. subst. ϑ | 11 lazaro ϑXμ, elaz. A.

## In

XLVIIII. Dicebat autem et ad discipulos suos homo quidam erat diues.

L. Nemo seruus potest duobus dominis seruire.

LI. Homo quidam erat diues et induebatur purpura.

LII. Attendite uobis si peccauerit frater tuus increpa illum.

LIII. Et factum est dum iret in hierusalem transiebat per mediam samariam et galilaeam.

LIIII. Interrogatus autem a pharisaeis quando uenit regnum dei.

LV. Dicebat autem et parabolam ad illos.

LVI. Dixit autem et ad quosdam qui in se confidebant tamquam iusti.

LVII. Et interrogauit eum quidam princeps.

LVIII. Adsumpsit autem iesus duodecim et ait illis.

LVIIII. Et ingressus perambulabat hiericho et ecce uir nomine zaccheus.

LX. Haec illis audientibus adiciens dixit parabolam.

LXI. Et factum est cum adpropinquasset ad bethfage et bethania.

## C

accubitum praecipit [1] non quaerendum nec diuites sed pauperes qui non [2] retribuant [3] esse pascendos.

LIX. Ponit parabolam de inuitatis [4] qui se excusare studentes cena non fuerint [5] digni.

LX. Odituris necessitudines insuper et animam suam et assumta cruce secuturis [6] similitudinem [7] aedificandae turris et de [8] bello regum duorum exponit neue ‘ sit quis ’ [9] sal infatuatum sed aures habeat [10] audiendi.

LXI. Murmurantibus de peccatorum conuiuio parabolam ouis et dragmae ponit inuentae commendans gaudium de paenitentum [11] salute futurum.

LXII. Parabolam ponens de frugi et luxurioso filiis reuersionem prodigi ad patrem salutem indicat paenitentum.

LXIII. De uilico iniquitatis [12] ex dissimilitudine qui debitum domini sui astu sollertiore minuerat introducit.

LXIIII. Non posse [13] deo seruire quemquam et mamonae auaros increpat pharisaeos legemque dicens uel prophetas usque ad iohannem baptistam et quod dimittens quis uxorem moechetur [14].

LXV. Inmisericordem diuitem purpuratum et pauperem lazarum introducens ostendit qualia sint passuri raptores si [15] sic merentur puniri tenaces.

LXVI. Uae dicit scandalizanti paenitenti uero fratri etiam septuagies [16] septies praecipit [17] remittendum.

LXVII. Augeri sibi petunt apostoli fidem et audiunt de translatione arboris facultatem positaque similitudine de seruo arante uel pascente docet ut inutiles se etiam implentes quae praecepta sunt fateantur.

LXVIII. Decem leprosis mundatis unus tantum et hoc alienigena ad gratias reuertitur referendas.

LXVIIII. Interrogatus de tempore regni [18] dei respondit non cum obseruatione uenturum eumque fulgori comparans occupandos eos dicit homines sicut in diebus noe et loth et de binis in lecto [19] in mola et in agro singulos assumendos et singulos pronuntiat relinquendos.

1 praecepit H | 2 nos H | 3 retribuunt VL | 4 ∼ de inu. par. ponit H | 5 fuerunt HV | 6 secuturi YC | 7 similitudines L | 8 *om* H | 9 sint VL | 10 habeant VL | 11 paenitendum H, -tium L | 12 + parabolam H | 13 + dicens H | 14 moechatur Y, moechatus sit manifestat H | 15 *om* AYC | 16 *om* H | 17 praecepit H | 18 regnum V | 19 tecto V.

## Cy

LXXX. Ubi similitudinem dedit de grano sinapis obruto in terram, et de fermento misso in farinam.

LXXXI. Ubi hortatur ad introitum per angustum ostium; ibi ait non se nosse et numquam se uidisse [1] eos qui operantur iniustitiam, et de patriarchis et prophetis quod in regno [2] dei uidebuntur ab his qui excluduntur foras, et de primis nouissimis et nouissimis primis.

LXXXII. Locus [3] ubi herodem uulpem appellauit, et ciuitati hierusalem testimonio prophetico increpauit quod noluerit ab eo protegi filios suos tamquam pullos ab aui; ibi ait : non me uidebitis quoadusque [4] dicatis : benedictus qui uenit in nomine domini.

LXXXIII. Ubi curauit hydropem sabbato et dixit pharisaeis quod filium aut bouem suum cadentem in puteo [5] sabbato non interminant liberare.

LXXXIIII. Ubi monuit ne in primo loco uelit recumbere qui uocatur ad nuptias; ibi ait : qui se extollit humiliabitur, et qui se humiliauerit exaltabitur.

LXXXV. Ubi praecepit ei qui se inuitauerat ne inuitaret eos qui possunt retribuere, sed [6] debiles qui non possunt.

LXXXVI. Ubi locutus est de his qui uocati non uenerunt ad caenam, pro quibus inuitati sunt et adducti debiles de plateis, et, cum adhuc esset locus, collecti sunt alii de uiis et saepibus.

LXXXVII. Ubi ait de odio patris et matris et uxoris et filiorum et fratrum et sororum et animae suae, et de tollenda cruce et sequendo eo, et de aedificatore turris, et de rege [7] bellum parante, et sale infatuato.

LXXXVIII. Ubi pharisaeis murmurantibus quod cum publicanis et peccatoribus conuesceretur, dedit similitudines [8] de oue et denario et de [9] duobus filiis maiore et minore qui perdidit substantiam.

LXXXVIIII. Ubi discipulis suis similitudinem dedit de dispensatore qui debitoribus domini sui ex eo quod debebant largitus est; ibi ait : et si in alieno fideles non fuistis, uestrum quis [10] dabit uobis?

XC. Ubi pharisaeis dixit : quod [11] excelsum est in hominibus exsecratio dei est, et de lege et prophetis usque ad iohannen [12], et quia [13] uim faciunt omnes [14] in regnum caelorum; et quia [15] facilius caelum et terra [16] transit quam legis unus apex cadit; et quia moechatur qui remittit uxorem et aliam ducit, uel qui remissam a uiro ducit.

XCI. De lazaro qui concupiscebat saturari de his quae cadebant de mensa diuitis; ibi dixit [17] de mose et prophetis.

XCII. Ubi de scandalis locutus est quae non possunt nisi uenire et de mola asinaria suspendenda ei [18] per quem ueniunt, et [19] ut remittantur peccata quotienscumque uenia petita fuerit.

XCIII. Ubi petentibus discipulis ut eis augeret fidem, similitudinem dedit de grano sinapis ad morum eradicandam 'et plantandam' [20] in mari, et de seruo qui cum de agro [21] ueniret post laborem cogitur antequam se reficiat domino ministrare.

XCIIII. Ubi decem uarios mundauit, ex quibus unus samarites [22] solus egit gratias.

XCV. Ubi locutus est de regno dei pharisaeis interrogantibus; ibi ait quod intra eos esset regnum dei, et discipulos monuit quomodo

---

[1] seui deesse B | [2] regnum B | [3] *om* M | [4] quousque B | [5] *om* B | [6] se B | [7] + et BM | [8] similitudinem B | [9] *om* M | [10] quid B | [11] + in BM | [12] ad (a B) iohanne BM | [13] qui M | [14] homines BM | [15] *om* B | [16] terram BM | [17] + et M | [18] et BM | [19] *om* B | [20] *om* M | [21] grano B | [22] samaritis B.

## Ben

LIIII. De parentibus pro domini amore contemnendis, et similitudine turrem aedificantis, et regis, et sal bonum esse dicit.

LV. De receptione publicanorum et oue erratica, et dragma inuenta.

LVI. De filio qui cum meretricibus dissipauit substantiam suam.

LVII. De uilico et de iniquo mammona.

LVIII. Duobus dominis non seruiendum; lex et prophetae usque ad iohannem. et de dimissa muliere non ducenda.

LVIIII. De lazaro et diuite, et uae illi per quem uenit scandalum.

LX. De peccato fratri donando, et fidei augmento, et de seruo de agro regresso.

LXI. De decem leprosis mundatis.

LXII. Ubi pharisaei inquirunt quando regnum dei uenturum sit.

LXIII. De oratione assidua et iudice iniquo.

LXIIII. De pharisaeo et publicano et paruulos non prohibendos a domino.

LXV. De principe pro uita aeterna inquirente.

LXVI. Ubi de passione discipulos instruit et caeco illuminato.

LXVII. De zacheo.

LXVIII. De decem minas seruis consignatas.

---

LVIII de *om* R | LX de 2o *om* C | LXII uenturus R | LXIIII a domino *om* C | LXVI instruet R, instrueret C | LXVIIII minis seruis consignatis C.

## Vich

nato. de primo discubitu et pauperum inuitatione ad prandium. et de inuitatis ad cenam nolentibus uenire. et de parentibus animaque odienda et de turre hedificanda atque de rege ad bellum procedente.

XV. De bono sale. et de oue perdita. et dragma. et de filiis duobus frugi et luxurioso. de uillico iniquitatis. et quod duobus nemo ualet seruire dominis. de phariseis se iustificantibus. et de uiolentia regni dei. et de uxore non dimittenda.

XVI. De diuite et paupere de scandalis et correptione fratris. de augmento fidei et seruo arante. de X leprosis et aduentu regni dei. de uidua et iudice et de phariseo atque publicano. de principe de adeptione uitae aeternae querenti et quod diuites difficile regnum dei possint intrare et de mercede sequentium.

XVII. Ubi iherosolymam tendens se passurum indicat mendicantemque caecum illuminat atque domum zachei intrat. et parabolam decem seruorum peccuniam accipientium proponit. super pullum quoque sedens uidens ciuitatem fleuit atque uendentes et ementes de templo

## A

autem ipsum [1] iuxta exemplum noe uel loth subito uenire ac tunc alium adsumi et alium relinqui et ubi ‘ fuerit corpus ’ [2] illic [3] aquilae. similitudinem [4] uiduae rogantis et iudicis iniqui et duorum in templo orantium et infantes non prohibendos. similitudo diuitis et cameli facilius per foramen acus transituri. et omnia hic relinquenda.

XVII. Cum discipulis aduentura [5] sibi indicaret caecum mendicantem curauit. zacheum conlaudat dimidiam substantiam pauperibus offerentem et [6] similitudinem de eo [7] qui decem mnas [8] iturus ad regnum seruis suis distribuit [9] et de exitio eorum qui eum regem [10] recusauerunt super pullum asinae sedit. et super hierusalem fleuit et uentura ei praedicit. ibi de templo mensas euertit et uendentes columbas eicit [11]. pharisaeos interrogantes in qua potestate haec [12] faceret de baptismo [13] iohannis interrogat. parabolam subiungens eius qui cum seruos [14] misisset ad uineam postea filium misit et de lapide ab aedificantibus [15] reprobato.

XVIII. Temptatus de tributo respondit de muliere quae septem uiros habuit. addit [16] de se interrogans quomodo christus filius dauid esset cum eum ipse dominum dicat et monet a scribis cauendum. uiduam laudat quae in donario [17] duo minuta misit. de templi structura et de futura persecutione et de exitu hierusalem et de [18] fine saeculi. de aduentu christi in maiestate et similitudine [19] ficulneae et monet [20] uigilandum.

XVIIII. De azimorum die adpropinquante. iudas daemone repletus de tradendi tempus [21] pecunia sibi promissa. et discumbentibus secum discipulis sacramentum panis et calicis ostendit ac traditorem designat. certantibus de gradu eum praeficit [22] qui ministrat et

---

1 ∾ ips. a. r. σ | 2 ∾ c. f. W | 3 illuc T, + et T | 4 similitudo W | 5 euent. W | 6 *om* W | 7 illo σ | 8 minas C | 9 tribuit W | 10 *om* W | 11 eiecit σW | 12 hoc W | 13 baptismate W | 14 + suos W | 15 hominibus PC, omn. T | 16 addidit NWY | 17 denario PT, gazophilatium W | 18 ad P, *om* NY | 19 similitudo PT, -dinem Y | 20 ammonet W | 21 tempore W, temporis PT | 22 proficit P, praefecit NW, quae fecit Y.

## B

quod seruitium debitum [1] sit exhibendum, decem leprosi mundantur, intra nos esse regnum dei similitudo uiduae rogantis et iudicis iniqui et duorum in templo orantium ‘ difficile diuitem introire in regnum dei ’ [2].

XVII. Cum discipulis aduentura sibi indicaret [3] caecum mendicantem curauit, zacheum conlaudat et decem mnarum [4] similitudinem ponit, super pullum asinae sedit et [5] hierusalem fleuit, interrogatus in qua potestate haec faceret interrogat et ipse cum similitudinem [6] eius cuius filium cultores uineae [7] occiderunt.

XVIII. Temptatus de tributo respondit, [8] uiduam laudat quae duo minuta in donario [9] misit et [10] de fine saeculi atque [11] aduentu suo praedicat [12].

XVIIII. Iudas tradendi dominum

---

1 diuitum RAμ. deu. B, *om* X | 2 *om* Xμ | 3 indicat A | 4 minarum AR, narum X | 5 *om* X | 6 similitudine A$D^2$R𝔥 | 7 in uineam Xμ | 8 respondet | 9 donarium AR | 10 *om* R | 11 + de 𝔥 | 12 praedicit RXμ𝔥.

## In

LXII. Et factum est in una dierum docente illo populum in templo.

LXIII. Coepit autem dicere ad plebem parabolam hanc.

LXIIII. Et obseruantes miserunt insidiatores qui se iustos similarent.

LXV. Accesserunt autem quidam sadducaeorum.

LXVI. Audiente autem omni populo dixit discipulis suis.

LXVII. Et quibusdam dicentibus de templo.

LXVIII. Cum autem uideris circumdari ab exercitu hierusalem.

LXVIIII. Erat autem diebus docens in templo, noctibus uero exiens morabatur in monte.

LXX. Uenit autem dies azimorum in qua necesse erat occidi pascha.

LXXI. Facta est autem haec contentio inter eos.

LXXII. Ait autem simon simon ecce satanas expetiuit uos.

LXXIII. Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum.

## C

LXX. Ad semper orandum parabolam de uidua ponit ultionem de aduersario suo ab iniquo iudice postulante [1].

LXXI. Oratione pharisaei in templo et publicani proposita docet non iactanda merita sed confitenda peccata.

LXXII. Paruulos a se uetari prohibens humilitatem sub eorum nomine significat opinendam.

LXXIII. Interrogans diues de possidenda uita aeterna secunda responsione tristis abscedit et relinquentibus propter nomen suum temporalia dominus aeterna promittit.

LXXIIII. Tradendum se hierosolymis passurumque praedicit.

LXXV. Iuxta hiericho caeco mendicanti lumen in [2] praesenti restituit.

LXXVI. Perambulans hiericho zaccheum publicanum [3] absoluit qui uenit saluum facere quod perierat.

LXXVII. Parabolam ponit seruorum accipientium a domino suo decem mnas ut negotiarentur ex eis et inimicos regni sui pronuntiat perimendos.

LXXVIII. Super pullum asinae sedit cunctis dicentibus pax in caelo et gloria in excelsis et de increpandis discipulis suis ait : si hi tacuerint lapides clamabunt.

LXXVIIII. Uidens ciuitatem fleuit super eam praenuntians euertendam. de templo uendentes eicit [4]. scribis insidiantibus a populo libenter auditur.

LXXX. Sciscitantes de potestate eius uicissim ab interrogante de iohannis baptismo conuincuntur.

LXXXI. Parabolam dicit de cultoribus uineae qui domini sui et seruos et filium occiderunt.

LXXXII. Temtantes de tributo caesaris reddendo denarii inscriptione conuincit.

LXXXIII. Sadducaeis de septem fratrum uxore quaerentibus resurrectionem etiam mosi testimonio firmat.

LXXXIIII. Quaerit quomodo christus filius sit dauid cum dominus [5] ab eo uocaretur [6] in psalmo centesimo nono. elationem quoque scribarum arguit. uiduam in gazophilacium duo aera mittentem plus omnibus misisse confirmat.

LXXXV. Laudantibus aedificium templi praedicit ocius [7] destruendum et interrogantibus de fine respondit mala plurima praecessura [8] nec praecogitandum quid traditi loquantur sed in patientia sua possideant animas suas.

---

1 + qui iudex regula dissimilitudinis adhibetur H | 2 *om* L | 3 principem publicanorum H | 4 eiecit HVL | 5 dño YC | 6 uocetur H | 7 o cuius YH, pocius L | 8 praessura H.

## Cy

illud expectarent ne deciperentur sicut in diluuio et in sodoma; ibi ait de his qui sunt in lecto duobus et de [1] duabus molentibus et de duobus in agro et de corpore et aquilis.

CXVI. Ubi ait de iudice iniusto qui tamen audiuit uiduam ne sibi molesta esset assiduae rogans.

XCVII. De duobus orantibus pharisaeo et publicano.

XCVIII. Uhi ait de pueris quod talium est regnum dei.

XCVIIII. De camelo per foramen acus; ibi ait de his qui relictis suis temporalibus eum secuntur quod in hoc tempore recipient [2] septies tantum et in saeculo uenturo uitam aeternam.

C. Ubi duodecim discipulis suis de passione et de [3] resurrectione [4] sua locutus est neque intellexerunt.

CI. Ubi curauit caecum quem turbae corripiebant 'ut taceret' [5].

CII. De zacheo qui ascendit in arborem ut eum uideret; ibi ait et [6] similitudinem de hominem qui proficiscens ut [7] regnum acciperet et dedit decem seruis suis decem minas.

CIII. Ubi sedit in pullo asino et pharisaeis dicentibus ut corriperet turbas [8] discipulorum laudantium respondit : si isti tacebunt, lapides clamabunt.

CIIII. Ubi fleuit super hierusalem denuntians eius euersionem.

CV. Ubi expulit [9] de templo uendentes et ementes.

CVI. Ubi, pharisaeis iam quarentibus occansionem [10] perdendi eum, noluit respondere de [11] potestate sua, nisi prius illi respondissent de baptismate iohannis : ibi ait et de [12] agricolis qui occiderunt heredem uineae et de lapide qui factus est in capite anguli.

CVII. De reddendis caesari quae caesaris [13] sunt et deo quae dei sunt.

CVIII. Ubi interrogatus est de muliere quae habuit septem uiros et de resurrectione locutus est in qua homines similes angelis erunt, et de abraham et [14] isaac et iacob quoniam uiuunt.

CVIIII. Ubi ait de dauid quod christum appellauerit dominum suum.

CX. Ubi populo praecepit ut cauerent ab scribis qui [15] amant honores hominum et comedunt domus [16] uiduarum.

CXI. De uidua paupere quae [17] misit in dona dei duo minuta.

CXII. Ubi ait quod non remanebit in templo lapis [18] super lapidem et multa locutus est de fine huius saeculi.

CXIII. Ubi dictus est quod docebat in templo et in monte oliuarum.

CXIIII. Ubi pactus est iudas de traditione eius.

CXV. Ubi iussit praeparari sibi pascha.

CXVI. Ubi eucharistiam dedit.

CXVII. Ubi de traditore suo locutus est.

CXVIII. Ubi contendentes de principatu discipulos docuit humilitatem et regnum promisit.

CXVIIII. Ubi ait petro quod orauerit pro eo ne deficiat fides eius [19], et praedixit ei quod negaturus eum esset.

CXX. Ubi de saccello [20] et pera portanda locutus est, et de uendita tunica emendum esse gladium.

CXXI. Ubi orauit in monte [21] olíueti secedens a discipulis qui taedio dormierunt.

---

[1] *om* B | [2] recipiant B | [3] *om* B | [4] rectione M | [5] ut iaceret B, ne clamaret M | [6] *om* M | [7] *om* B | [8] turba B | [9] expulsit B | [10] + et M | [11] *om* M | [12] *om*B | [13] caesari M | [14] *om* M | [15] quia B | [16] domum B | [17] qui M | [18] lapides B | [19] tua M | [20] sacculo B | [21] montem B.

## Ben

LXVIIII. De asina et osanna dicentibus. et expulsione in templo cum appropinquauit iesus ciuitatem hierusalem.

LXX. De pharisaeis inquirentibus a domino : in qua potestate haec facis.

LXXI. De uinea et seruis ac filio a colonis occisis.

LXXII. De tributo caesari persoluendo.

LXXIII. De muliere quam septem fratres habuerunt.

LXXIIII. De stolis scribarum et gazofilacio.

LXXV. De futura desolatione templi et persecutione.

LXXVI. De obsidione ierusalem et calamitate et domini aduentu.

LXXVII. De ficulnea tempora designata, et monet omni tempore uigilare.

LXXVIII. Diebus erat docens in templo, noctibus in monte olíueti.

LXXVIIII. De die azimorum et preparatione paschae.

LXXX. Ubi discipuli de principatu contendunt.

LXXXI. De uentilatione et petri praesumptione.

LXXXII. Ubi dicit dominus : orate ne intretis in temptationem.

LXXXIII. De iuda traditore.

LXXXIIII. De domini comprehensione et petri negatione.

---

LXVIIII dicentium R | *ad* cum *inc. nov. tit.* C | LXXII persoluendum R | LXXIIII gazophilacium R | LXXVII ficulnee tempore designato C.

## Vich

eicit. interrogatur de potestate, ipse de baptismo iohannis interrogat, parabolam de uinea et colonis adiciens.

XVIII. De tributo reddendo. et septem fratribus unam uxorem habentibus qualesque. futuri sint in resurrectione quomodo christus filius sit dauid interrogat et discipulos hortatur cauere a scribis uolentibus ambulare in stolis. uiduam duo minuta mittentem in gazophilatio laudat et hedificationem templi mirantibus omnia destruenda praedicit. aduentum quoque suum diemque iudicii praelia sediciones terrae motus pestilentias et fames praecedere signat.persecutionem sanctis pro nomine suo futuram denunciat. nec praemeditari quemadmodum respondeant monet. signum desolationis iherusalem indicat, signa in sole et luna et stellis futura praemonstrat. uirtutes celorum mouendas seque uenturum in gloria praedicat. et discipulos monet ne grauentur crapula et hebrietate atque diebus in templo docens. noctibus in monte olíueti moratur.

XVIIII.Dies festus azimorum appropinquat. iudei christum interficere querentes peccuniam iudae pacti sunt dare.

## A

petro dicit quod eum esset negaturus ac monitis discipulis ut uendito uestimento emant gladium perget [1] ad montem olitueti qui cum orasset discipulos excitat dormientes.

XX. Antecedente iuda uenit turba et osculo traditur christus [2] et petrus auriculam seruo abscidit. ducto iesu ad domum principis sacerdotum petrus ibi ter negauit, christus deluditur. interrogatus a iudaeis a pilato et ab herode ac tunc in amicitiam pilatus et herodes redeunt. barabbas dimittitur et iesus [3] iudaeis suffigendus [4] traditur qui [5] plangentibus eum mulieribus ut sese magis plangerent dixit. et inter latrones fixus aceti potum accepit. titulo rex designatur. a quo unus ex [6] latronibus credens ad paradisum ducitur. ab hora sexta usque ad [7] nonam dies obscuratus est et iesu spiritum emittente uelum templi scissum est. quibus uisis centurio et qui aderant dominum magnificant. ioseph postulat corpus et sepelit quod mulieres relinquentes [8] non inueniunt.

XXI. Nuntiant mulieres angelorum uisionem nec credunt discipuli euntes duo ad castellum in panis fractione christum agnoscunt [9] et reuersi discipulis indicant. quibus [10] iesus apparuit et plagas non credentibus ostendit ac [11] piscem ac [12] fauum [13] edendum accepit. adloquitur apostolos et cor eorum aperit ad intellegendum quod hoc compati [14] oportuerit. et ut illic essent donec in eos ueniret uirtus admonuit. tunc benedixit eos [15] et recessit reliquitque [16] laudantes deum [17] in templo.

---

1 pergit W | 2 iesus W | 3 + a W | 4 crucif. W | 5 crucem iesu simon cyrenensis portat W | 6 de W | 7 + horam W | 8 requirentes W | 9 cognoscunt WY | 10 + subito W | 11 et σ | 12 et W | 13 + ad W | 14 eum p. W, eum comp. | 15 eis | 16 relinq. | 17 dnm W.

## B

tempus ponit, iesus sacramentum panis et calicis ostendit ac dicit discipulis [1] ut uendito uestimento [2] emant gladium.

XX. Iudas tradidit dominum [3] passio iesu et sepultura et resurrectio eius ‘ et reliqua ’ [4].

---

1 + suis J | 2 uendant uestimentum R | 3 ihm Xμ | 4 *om* AθR.

## In

LXXIIII. Adhuc eo loquente ecce turba.

LXXV. Et ut factus est dies conuenerunt seniores plebis.

LXXVI. Et cum ducerent eum adpraehenderunt simonem quendam.

LXXVII. Una die sabbati ualde deluculo uenerunt ad monumentum.

## C

LXXXVI. Circumdandam ab exercitu hierusalem et uae praegnantibus gladium quoque ‘ et captiuitatem ’ [1] signaque caeli futura seque uenturum in nube cum potestate magna et maiestate praedicit.

LXXXVII. Respicite inquit quia adpropinquat redemtio uestra. ab ebrietate quoque et curis huius uitae prohibens uigilandum praecipit [2] et orandum.

LXXXVIII. Iudas paciscitur [3] pretium [4], parant discipuli pascha, mysterium caenae dominicae [5] celebratur [6].

LXXXVIIII. Contentionem discipulorum se ipsum illorum ministrum astruens tollit quibus regnum promittens ait post aliqua petro: confirma fratres tuos.

XC. Passionis gesta narrantur ubi inter cetera etiam auriculam [7] quam puero petrus absciderat ipse manus suae tactu restituit.

XCI. Crucifigentibus ueniam a patre deposcens etiam unum ex latronibus crucifixum confitentem absoluit.

XCII. Resurrexisse eum mulieres angelica reuelatione [8] cognoscunt et petrus ad monumentum currens ac uidens quod factum [9] fuerat ammiratur.

XCIII. A duobus id est cleopa et socio eius cuius nomen tacetur euntibus in castellum quod tunc emmaus [10] uocabatur [11] post confabulationem prolixam in fractione panis agnoscitur.

XCIIII. Conloquentibus discipulis adstans in medio dicit : pax uobis, et adhuc pauentes spiritumque putantes ostensione transfixorum manuum pedumque confirmat. edens coram ipsis partem piscis assi et fauum mellis instruit eos [12]. promissum patris missurum se dicens ascendit in caelum.

---

1 in captiuitate H | 2 praecepit HL | 3 pascitur CHL | 4 + cum iudaeis VL | 5 dñi H | 6 celebrantur V, -tes H | 7 auricula YCH | 8 relatione H | 9 *om* H | 10 + nunc nicopoli H | 11 uocitatur H | 12 + ac H.

## Cy

CXXII. Ubi traditus est a iuda osculante eo, et ubi praecisam auriculam ab uno qui cum eo erat [1] contingens sanauit, dixitque quod cum gladiis tamquam ad latronem uenissent.

CXXIII. Ubi uenerunt cum eo ad domum pontificis, et ubi cum petrus postquam negauit, respiciente se eo, fleuit amare.

CXXIIII. Ubi obuoluentes ei caput dicebant : prophetiza, quis te percussit?

CXXV. Ubi eum interrogauerunt congregati principes [2] populi utrum ipse esset christus.

CXXVI. Ubi misit eum pilatus ad herodum, et remisit eum herodes ad pilatum cum ueste candida, et amici facti sunt.

CXXVII. Ubi traditus est a pilato crucifigendus cum ipse in eo nihil dignum morte [3] inueniret, remisso barabba [4].

CXXVIII. Ubi cum duceretur ad crucem, alio portante crucem eius, prohibuit mulieres quae plangebant eum, dicens eis ut super se potius plangerent propter imminentia quam super eum.

CXXVIIII. Ubi crucifixus est cum duobus reis quorum unus credidit in illum; et sol obscuratus est in passione eius, et uelum templi scissum est; et clamauit iesus : in manus tuas commendo spiritum meum [5]; et centurio dixit uidens miracula : uere hic homo iustus erat.

CXXX. Ubi sepultus est, et uiderunt mulieres locum, et praeparato unguento illuc uenerunt.

CXXXI. Ubi mulieribus resurrexisse nuntiatus est et [6] per illas apostolis.

CXXXII. Ubi apparuit duobus in uia; et cum uenissent domum et accepissent ab eo panem, cognouerunt eum et nuntiauerunt apostolis.

CXXXIII. Ubi etiam ipsis apparuit dicens : palpate et uidete quia spiritus carnem et ossa non habet; et accepit piscis assi partem; et de scripturis et de spiritu sancto locutus est eis.

[1] erant BM | [2] + et BM | [3] mortem B | [4] barraba M | [5] *om* M | [6] *om* M.

## Ben

LXXXV. De iudaeorum conuentu et inquisitione pilati.

LXXXVI. De herodis amicitia et pilati.

LXXXVII. De symone et latronibus.

LXXXVIII. De mulieribus ad monumentum uenientibus.

LXXXVIIII. De duobus discipulis in uia ambulantibus.

XC. De pace et gaudio discipulorum, et domini assumptione in caelum.

LXXXV De *om* R.

## Vich

discipuli pascha parant in quo sacramentum corporis et sanguinis sui illis tradens manus se tradentis notat. contentionem inter eos ortam sedans regnum illis disponit. pro symone se rogasse dicit. terque se ab illo negandum praedicit et de emendo gladio atque ipsius oracione angelique confortatione et de eius sudore sicut guttas sanguinis decurrente.

XX. Iudas christum osculo tradit. petrus gladio percutit. ter negat et flet. iesus ad pylatum ducitur atque ad herodem mittitur. regressus crucifigi iudicatur. ad crucem uadens filias iherusalem alloquitur. inter duos latrones crucifigitur. quorum uni confitenti paradisum promittit. patrem exorans expirat. a ioseph sepelitur. resurrexisse mulieribus ad sepulchrum uenientibus ab angelis intimatur. duobus in uia apparet. in medio eorum adstans cum ipsis manducat et benedicens illis celum penetrat.

## B = A

Ms : CTtADNIJ
OXΘRV
Pal 46 = P
Ivrea 99 = Y
Turin F VI 1 = Z

I. Pharisaeorum leuitae interrogant iohannem, iohannes iesum uidens agnum dei dicit et andreas petro dicit: inuenimus messiam.

II. Iesus 'ad caenam' [1] de aqua uinum fecit, [2] de templo nummularios eiecit [3] soluite hoc templum [4] dicens [5] nicodemo loquitur de baptismo et de [6] aliis multis.

III. Iesus in iudaea baptizat et [7] iohannes in [8] enon quique [9] dicit [10] christum crescere se autem minorari [11].

1 *om* D | 2 facit σ | 3 eicit σ | 4 ∾ templum hoc DC, templum P | 5 dicit | 6 *om* σ | 7 *om* O | 8 *om* C | qui R | 10 dixit J[1]D[2] | minui V.

## In

I. Iohannes testimonium perhibet de ipso et clamat dicens.

II. Altera die uidens iohannis iesum uenientem ad se.

III. Conuersus autem iesus et uidens consequentes se.

IIII. Et die tertia nuptiae factae sunt in chanan galilaeae.

V. Et prope erat pascha iudaeorum.

VI. Erat autem homo ex pharisaeis nicodemus.

VII. Post haec uenit iesus et discipuli eius in iudaeam terram.

VIII. Ut ergo cognouit iesus quia audierunt pharisaei.

## B^r

Ms : Reg. 14 = R
Laur = F

I. Pharisaeorum sacerdotes [1] <et> leuitae interrogant iohannem. iohannes iesum uidens, dicit ècce agnus dei; de cuius [2] spiritu testificatur.

Quem secuti duo discipuli manserunt apud eum; ex quibus andreas petro dicit inuenimus messiam. et iesus philippum iubet sequi se. ubi etiam ad nathanahel loquitur.

II. Ad cenam de aqua uinum fecit iesus.

De templo nummularios eiecit.

Et signum postulatus, soluite templum dixit.

Nichodemo dixit [3] de baptismate, et de serpente in solitudine exaltato, et de lumine.

III. Iesus in iudaea baptizat.

Et iohannes in enon [4].

Et discipuli iohannis dicunt ei quod [5] iesus omnes baptizaret et plures discipulos faceret.

De quo iohannes loquitur et illum crescere se autem minorari [6] dicit.

IIII. De muliere samaritana.

Et de messe quam alii laborauerunt et alii metunt [7].

Prophetam in patria sua sine honore esse [8].

[1] *om* R | [2] cui F | [3] dicit R | [4] enno R | [5] quia F | [6] minui F | [7] metent R | [8] esset F.

## Cy

*Ms : MB*

II. De iohanne quia testimonium perhibebat de lumine; nam non erat ipse lumen, et de lumine uero, et quia uerbum caro factum est.

III. De testimonio iohannis in bethania trans iordanen [1] fluuium.

IIII. Ubi uidit iohannes iesum uenientem ad se.

V. Ubi secuti sunt eum duo discipuli iohannis, quorum unus fuit andreas frater petri et adduxit illum ad iesum cum adhuc simon uocaretur et tunc eum iesus petrum uocauit.

VI. Ubi uocauit philippum et dixit nathanahel 'philippus de iesu et nathanaheli' [2] christus locutus est.

VII. Ubi ad nuptias inuitatus aquam in uinum conuertit, et crediderunt in eum discipuli eius.

VIII. Ubi expulit de templo eos qui uendebant oues et boues et columbas, et de solutionem templi quod tribus diebus excitaret.

VIIII. Ubi multi crediderunt in nomine eius hierosolimis in die paschae.

X. Ubi ad eum nocte uenit nicodemus, et locutus est ei [3] de regeneratione [4] per baptisma et de exaltatione sua quod nemo ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit et de his qui in eum crediderunt [5] quia dei filius unigenitus est.

XI. Ubi de ipso et de iohanne dictum est quod baptizabant, et nata est quaestio de purificationem, et interrogatus est iohannes et iterum locutus est de iesu quantum interesset inter se et ipsum.

XII. Ubi scriptum est quod iesus non baptizabat sed discipuli eius.

XIII. Ubi transiens per samariam sedit super puteum iacob et locutus est cum samaritana muliere quae nuntiauit de illo in ciuitatem et ueniebant inde ad eum.

XIIII. Ubi rogauerunt eum discipuli ut manducaret, et locutus est eis de cibo suo et de messe.

XV. Ubi apud samaritanos mansit biduum et multi crediderunt in eo.

XVI. Ubi uenerit iterum in galileam et dicebat quia propheta in patria sua honorem non haberet [6].

XVII. Ubi ait regulo : uade filius tuus uiuit, cum ei ante dixisset : nisi signa et prodigia uideatis non creditis.

XVIII. Ubi die sabbati saluum fecit infirmum ad piscinam dicens ei [7] : tolle grabattum tuum et ambula.

XVIIII. Ubi ei cui dixerat [8] : tolle grabattum tuum et ambula, rursus dixit cum eum in templo inuenisset : iam noli peccare ne quid tibi deterius fiat; et iudaeis quaerentibus se interficere multa locutus est et [9] de patre et de se et de iudicio et de resurrectionem et de iohanne et de eo qui ueniet in nomine suo et de moyse.

XX. Ubi pauit populum de quinque panibus ordeaceis [10] et duobus pisciculis [11].

XXI. Ubi solus secessit in montem a turbis ne rex eorum fieret, et per noctem uenit ad discipulos super mare ambulans cum illi nauigantes tempestatem paterentur.

[1] iordane BM | [2] *om* B | [3] et M | [4] generatione B | [5] credunt B | [6] habet B | [7] et BM | [8] dixit M | [9] *om* M | [10] hordiaciis M | [11] piscibus B.

## C

AHVYL

I. In principio uerbum deus apud deum per quem facta sunt omnia et [1] iohannes missus refertur ante eum qui recipientes se facit filios dei per gratiam suam.

II. Interrogantibus iudaeis iohannes negat se esse christum sed missum se ante illum uocemque esse clamantis in deserto secundum esaiam enuntiat. ipsum uero fatetur agnum tollentem peccata mundi et baptizantem in spiritu sancto eo quod ipse sit supra omnes.

III. Ex duobus iohannis discipulis qui secuti fuerant dominum unus andreas adduxit fratrem suum qui petrus ab ipso nuncupatus. philippus quoque uocatus nathanaheli indicat qui mox inter cetera eum dei filium confitetur [2].

IIII. In nuptiis aquam conuertit in uinum quo facto cognoscitur quod ubi ipse fuerit inuitatus uinum necesse sit deficere nuptiarum.

V. Propinquante pascha iudaeorum eicit [3] uendentes e templo et interrogantibus quod signum daret [4] soluendi templum et in triduo [5] excitandi mysterium ponit.

VI. Nicodemo inter multa dicit nisi renatus [6] in regnum dei intrare non posse. uel quod non iudicare sed saluare uenerit mundum et manifestari dicit opera quae in deo sunt facta.

VII. Iohanni in aenon baptizanti dicitur iesum baptizare quem ille sponsum esse et oportere crescere se autem minui illumque de sursum et supra omnes esse credentemque in [7] eum habere uitam aeternam super iucredulum uero iram manere confirmat.

VIII. Apud puteum iacob mulieri samaritanae manifestatus plurima mystice loquitur et multi samaritanorum credunt in eum dicentes : hic est uere saluator mundi.

VIIII. Reguli cuiusdam filius aegrotans absentis domini uoce sanatur dicentis patri eius : uade filius tuus uiuit. credidit ipse et domus eius tota.

X. Hominem XXXUIII annos habentem [8] in infirmitate sua dicendo : surge tolle grabattum tuum et ambula, in sabbato curat, aequalem se quod erat faciens deo.

[1] *om* H | [2] + et confectus senio sexagesimo et octauo anno post passionem domini mortuus iuxta eadem urbe sepultus est H | [3] eiecit VL | [4] + et L | [5] tribus diebus H | [6] renatos | [7] *om* H | [8] *om* A.

## Z

Ms : Bodl. laud. 25

I. De incarnatione uerbi dei et testimonio iohannis.

II. Ubi iudei miserunt ad iohannem interrogantes eum : tu quis es.

III. Ubi iohannes uidet iesum uenientem ad se.

IIII. De duobus discipulis qui sequebantur iesum.

V. De nuptiis factis in chana galilee.

VI. Ubi dominus eiecit de templo uendentes oues et boues.

VII. De nichodemo principe iudeorum.

VIII. Ubi dicitur : sic deus dilexit mundum.

VIIII. De baptismo discipulorum iesu in iudea et iohannis in enon iuxta salim.

X. Ubi iesus fatigatus ex itinere sedit super puteum.

## Vich

I. De diuinitate uerbi dei et iohannis missione uerbique incarnatione. iohannis testimonio et quod a phariseis interrogatus christum se non esse respondit. atque illum agnum dei dicit spiritumque sanctum sicut columbam uidit descendentem super eum. duo discipuli iohannis sequuntur quorum unus andreas petrum ad illum adducit. philippum uocat qui ei nathanahel adducit atque angelos super se descendentes et ascendentes uisuros praedicit.

II. Iesus de aqua uinum fecit. de templo numularios eicit. cum nichodemo de baptismo loquitur et sicut moyses exaltauit serpentem se oportet exaltari dicit non ut iudicet sed ut saluificet mundum se missum esse memorat.

III. Iesus in iudea baptizat et iohannes in ennon. discipuli iohannis nunciant ei quod iesus baptizet et ipse illum oportere crescere se uero minui dicit et quod qui non credit in eum ira dei super eum maneat.

IIII. Iesus iudeam relinquens in galileam uadit. per samariam transiens in ciuitate sycar iuxta puteum sedet. cum muliere samaritana loquitur. prophetam in patria sua honorem non habere dicit. et reguli filium sanat.

I columba.

## Ben

Ms : CR
Spalato = S

I. De principio uerbi.

II. De testimonio iohannis et gratiae plenitudine.

III. Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi.

IIII. De electione philippi et laude nathanahel.

V. Ubi de aqua uinum fecit.

VI. De templo eicit uendentes, et templum in triduo suscitandum.

VII. De nicodemo et de serpente in heremo.

VIII. Iohannes in enon iuxta salim dicit : non sum ego christus.

VIIII. De pluribus discipulis et de muliere samaritana.

X. De propheta sine honore et de filio reguli resuscitato.

XI. De die festo et post triginta octo annos homine sanato.

XII. Ubi dicit : non potest filius a se quicquam facere, et de patris ac filii honore.

II testimonium S | IIII *et* V *iung* CR | V fecit + et de natahel S | VI suscitatum S | VIII ∾ dicit ioh. in hennon i. s. CR | XII, XXIIII, XXVI, XXXVIII et XXXVIIII *om* Ubi dicit CR.

## B = A

IIII. Iesus cum muliere samaritana loquitur, prophetam in patria sua ‘sine honore esse’ [1] dicit et [2] reguli filium a morte suscitat [3].

V. Apud natatoriam bethsaida [4] triginta et [5] octo annorum infirmitatem hominis sanat ac [6] dicit scrutamini scripturas et si crederetis mosi crederetis forsitan et mihi.

VI. De quinque panibus et quod eum regem facere uoluerunt, iesus supra [7] mare ambulat [8] et de manna et [9] pane caelesti [10] loquitur ac recedentibus [11] ab eo discipulis unum ex [12] duodecim diabolum dicit[13].

1 honorem non habere IOX | 2 *om* σANR | 3 resuscitat IXD²V | 4 bethsaidam IV, bezeta σ, -tha N, bethzetha P, belzetha D¹ | 2 *om* NDROϐ | 6 et R | 7 super | 8 ambulabat | 9 + de D | 10 caeli C | 11 a credentibus σV | 12 de A | 13 uocat R,

## In

VIIII. Iesus ergo fatigatus ex itinere.

X. Post duos autem dies exiit inde.

XI. Et ascendit iesus in hierosolymis.

XII. Post haec abiit iesus trans mare galilaeae.

XIII. Multi autem audientes ex discipulis eius dixerunt.

XIIII. Post haec ambulabat iesus in galilaeam.

XV. In nouissimo autem die illo magno festiuitatis.

XVI. Iesus autem ascendit in montem olïueti.

## B^r

Et reguli filium a morte uiuificat.

V. De natatoria et aquae motu et [1] infirmo annorum triginta octo qui grabbatum suum tulit.

Et [2] de iudicio dei et [3] resurrectione mortuorum.

Testimonium iesu ‘christi cum’ [4] increpatione iudaeorum.

VI. De quinque panibus et duobus piscibus.

Et quod eum regem facere uoluerunt.

VII. Iesus supra mare ambulat [5].

Et de manna et pane caelesti et de oblatione loquitur.

Ac recedentibus ab eo discipulis unum ex duodecim diabolum [6] dicit.

Iesus ascendit mediante [7] die festo in templum et docet [8].

Et de turba multi credunt [9] in operibus iesu.

Idem clamat, si quis sitit ueniat et bibat.

Cum ministris et nicodemo principes contendunt.

De muliere adultera.

Iesus lumen mundi se [10] esse non credentibus iudaeis in gazophilacio docens praedicat.

VIII. Iesus docens in templo interrogatur et initium se esse respondit.

[1] de F | [2] *om* F | [3] + de F | [4] de F | [5] ambulabat F | [6] ∾ diab. ex duod. R | [7] in medio F | [8] templo edocet F | [9] crediderunt R | [10] *om* F.

## Cy

XXII. Ubi dixit ad turbas : quaeritis me non quia signa uidistis ‘sed quia de panibus edidistis’ [1] et saturati estis et multa eis locutus est de pane qui de caelo descendit et de carne sua et sanguine.

XXIII. Ubi dixerunt murmurantes discipuli : quis potest audire istum sermonem, et locutus est eis de spiritu et de iuda et multi eum relinquerunt [2] praeter duodecim, petro respondente [3] : uerbum uitae aeternae habes.

XXIIII. Ubi fratribus suis respondit nolle [4] se ascendere ad diem festum iudaeorum quia tempus eius [5] nondum uenerat, ibi dictum est de ipsis fratribus eius quia non in eum crediderant.

XXV. Ubi remansit in galilaea [6] et ad diem festum postea latenter ascendit, et quaerentibus eum iudaeis uariae de eo turba loquebatur.

XXI. Ubi medio die festo ascendit in templo, et admirantibus iudaeis quod litteras non didicerit multa ibi locutus est de doctrina quae a patre est, de uoluntate patris, de circumcisione in sabbato, et quia non illum nouerant [7] nec unde esset nec a quo missus esset.

XXVII. Ubi non potuit conprehendi a iudaeis cum coram ipsis esset, et cum multi in eum credidissent dixit coram his qui ad eum conprehendendum missi erant quod eum quaesituri essent et non inuenturi nec ualituri uenire ubi esset.

XXVIII. Ubi cum clamore uocabat sitientes ad bibendum spiritum sanctum et qui eum audiebant dissentiebant de illo, et qui eum uolebant conprehendere non audebant.

XXVIIII. Ubi ministri qui ad eum capiendum missi erant perhibuerunt ei bonum testimonium apud principes iudaeorum, et nicodemus locutus est pro eo cum illi dixissent [8] quod maledicta plebs et imperita in eum credit.

XXX. Ubi adulteram dimisit et se dixit lumen saeculi et de testimonio suo et patris; ibi ait : si me nossetis, et patrem meum nossetis, loquens in gazofilatio [9] et quod non eum inuenientes in peccatis suis morituri essent, et [10] quod illi essent [11] de isto saeculo, ipse non esset et quod quaerentibus quis esset respondit : initium, et de patre locutus est non cognoscentibus quia cum illo est qui eum misit.

XXXI. Ubi locutus est de libertate quam dat ueritas et de patre deo et de patre abraham et de patre homicidarum diabolo; ubi ait quia nemo eum conuincit de peccato; ibi [12] respondit dicentibus quod samaritis esset et [13] daemonium haberet non se quaerere claritatem suam sed esse qui quaerat et iudicet, et de his qui custodiunt uerbum eius quia [14] non moriuntur; ibi respondit de abraham quod uidit diem eius et gauisus est; respondit etiam quod ante abraham ipse esset; tunc se abscondit a uolentibus lapidare eum.

XXXII. Ubi de sputo lutum [15] fecit et curauit oculos caeci nati.

XXXIII. Ubi dixit iudaeis : si caeci essetis non haberetis peccatum, et locutus est eis [16] de osteo et de fure et de

[1] *om* B | [2] derelinquerunt B | [3] petrus respondit ei B | [4] noli B | [5] est B | [6] galilaeam B | [7] norant M | [8] dixisset BM | [9] gazafilatia M | [10] *om* M | [11] + et B | [12] ubi B | [13] *om* B | [14] qui M | [15] luto BM | [16] *om* M

## C

XI. Quod filius sicut pater suscitans mortuos sit [1] aequaliter honorandus in quo credentes transeant de morte ad uitam. uenturam quoque pronuntiat horam qua [2] de monumentis boni malique resurgant.

XII. Pro testimonio suo iohannem lucernam appellat, patrem quoque et scripturas de se testimonium perhibere, iudaeos alium recepturos, de se autem mosen [3] scripsisse testatur.

XIII. Propinquante pascha iudaeorum de quinque panibus et duobus piscibus quinque milia hominum saturauit. pro quo signo cum regem eum uellent facere fugit et ambulans supra mare pauentibus discipulis ait : ego sum nolite timere.

XIIII. A turbis quaesitus et inuentus ait : operamini cibum qui non perit et panem de caelis [4] uerum dicit dare uitam mundo.

XV. Panem uitae se dicit et credentes in se resuscitaturum in nouissimo die.

XVI. Murmurantes ioseph eum filium dicunt. at ipse inter multa carnem suam panem se daturum ait pro mundi uita et cetera similia plurima de pane 'et carne sua' [5] testatur.

XVII. Uerba sua spiritum uitamque pronuntiat et unum ex duodecim diabolum appellat.

XVIII. Iudaeis interficere eum quaerentibus ascendit occulte ad diem festum scaenopegiae [6] ubi diuersa de eo et ab eo dicuntur et quaerentes eum adprehendere nequeunt quia nondum uenerat hora eius.

XVIIII. Multis de turba credentibus plurima loquitur inter quae [7] : qui sitit ueniat ad me et bibat. nicodemo quoque pro ipso de audientia dicenti [8] resistitur a pharisaeis.

XX. Mulierem in adulterio deprehensam [9] atque ad se adductam nec ab accusatoribus condemnatam ipse sub condicione qua ulterius non peccaret absoluit.

XXI. Lucem mundi se dicens pharisaeos de proprio testimonio resultantes arguit, iudicium suum uerum esse confirmans.

XXII. Dicit iudaeis : et uos in peccato uestro moriemini. a quibus interrogatus quis esset principium se esse respondit addens : cum exaltaueritis filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum.

---

[1] sic H | [2] quo AY | [3] moysen VL, moyses H | [4] caelo H | [5] carnis suae H | [6] scenophegiae VL, scaen. H | [7] + ait V | [8] dicente H | [9] reprehensam AY.

## Z

XI. De regulo cuius filius infirmabatur capharnaum.

XII. De probatica piscina que est ierosolamis et responsione iesu.

XIII. De saturitate quinque milium hominum et periculo discipulorum in mari.

XIIII. Ubi dicit dominus : nemo potest uenire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum.

XV. Ubi se dicit dominus panem uiuum esse et nisi manducaueritis carnem filii hominis.

XVI. Ubi iesus ambulabat in galileam et doctrina eius in templo.

XVII. Ubi pharisei miserunt ministros ut apprehenderent iesum.

XVIII. De muliere in adulterio deprehensa.

XVIIII. Ubi dicit dominus : ego sum lux mundi, et ubi dicit : ego uado et queretis me et in peccato uestro moriemini.

## Vich

V. In probatica piscina hominem XXXVIII annos infirmum curat et quia propterea eum persequebantur iudei quia sabbatum soluens patrem suum dicebat deum et quod non possit a se facere quicquam. et de resurrectione praesenti et futura atque iudicio loquitur. et de testimonio patris atque iohannis quem lucernam dicit. scripturas scrutari monet atque, se contempto in nomine patris ueniente, alium in nomine suo uenientem suscepturos esse. moysen quoque accusare illos testatur.

VI. De quinque panibus et duobus piscibus quinque milia hominum saciat. uolentes se facere regem fugit super mare ambulat. a turbis quesitus trans mare inuenitur. non propter signa sed quia ex panibus comederint ab eis se quaeri dicit. operari cibum qui permanet ortatur panem uiuum se memorat. non suam sed patris uoluntatem se uenisse facere testatur. murmurantibus iudeis non habituros in se uitam nisi carnem suam et sanguinem manducauerint et biberint dicit. quibusdam ex discipulis recedentibus unum ex duodecim diabolum uocat.

VII. Iesus in galileam ambulans a fratribus ire ad diem festum monetur. sed tempus suum nondum esse rependit. post eos occulte ascendit. in templum docens demonium habere dicitur.

## Ben

XIII. De resurrectione bonorum et poena malorum, et domini testimonio, et honorem ab hominibus non quaerendum.

XIIII. Ubi de panibus interrogat, et de quinque panibus hordeaceis.

XV. De ascensione nauiculae, et de metu discipulorum, et cibum aeternum.

XVI. Ubi dicit : ego sum panis uitae et de uita aeterna.

XVII. De duritia discipulorum, et de domini praesentia, et numquid et uos uultis abire.

XVIII. De die festo scenophegiae, et me scitis, et unde sim scitis.

XVIIII. Ubi dicit : qui sitit ueniat et bibat.

XX. De ministris phariseorum qui in domini sermonibus admirati sunt.

XXI. De muliere in adulterio deprehensa.

XXII. Ubi dicit : ego sum lux mundi.

XXIII. Ubi dicit : quo ego uado uos non potestis uenire.

---

XIII testimonium S | XV *om* cib. aet. S | XVIII sum S.

## B = A

VII. Schenophegia iesus medio die festo [1] ascendens in templum docet [2] multis etiam de turba credentibus idem clamat : si quis sitit ueniat et bibat, cum ministris et nicodemo principes [3] contendunt [4] iesus lumen mundi [5] se esse [6] praedicat.

VIII. Iesus interrogatus principium se esse respondit quod omnis peccator seruus sit et quod iesus [7] ante abraham sit caecum ex [8] natiuitate curat [9].

VIIII. De ianua 'et ouili' [10] per dedicationem deambulans [11] in templo se et patrem unum esse dicit [12], de lazari resurrectione.

---

1 ∾ die f. mediante R | 2 + et | 3 principe PC | 4 + de muliere adultera σDNIRV | 5 ∾ mundi lumen Y | 6 ∾ esse se C, esse YTA, se P | 7 dñs | 8 a I¹X | 9 curauit J | 10 ouilis O¹JZP | 11 ambulans σ | 12 ∾ dicit esse P, dicit T.

## In

XVII. Dixit ergo iterum iesus : ego uado et quaeritis me.

XVIII. Et praeteriens uidit hominem caecum a natiuitate.

XVIIII. Dixit ergo eis iterum iesus.

XX. Facta sunt autem encaenia in hierosolymis.

XXI. Erat autem quidam languens lazarus a bethania.

XXII. Colligerunt autem pontifices et pharisaei concilium.

XXIII. Altera die turba multa quae uenerant ad diem festum.

XXIIII. Cum autem tanta signa fecisset coram eis.

## B^r

Quod omnis peccator seruus sit peccati [1].

Et de abraham quod mortuus sit et iesus prior illo sit.

VIIII. De caeco ex [2] natiuitate.

De ianua, ouili [3], ouibus [4] et pastore [5].

Et de potestate animae suae ponendi eam et accipiendi.

Per dedicationem deambulans in templo se et patrem unum esse dicit [6].

Et lazari dormitione [7] et resurrectione et mariae consolatione.

Propter quod caiphas consilium dat iudaeis ut iesus occidatur.

X. Maria pedes iesu unguit et extergit [8] capillis suis; 'unde et' [9] de nece lazari principes cogitauerunt [10].

Iesus supra asinam [11] sedit.

Graeci ad philippum ueniunt [12] uidere iesum et loquitur de grano frumenti [13] quod in terram [14] mittitur.

Et uox de caelo facta est ad iesum.

Et quod multi ex principibus credentes in iesum non confitebantur propter pharisaeos.

---

1 *om* R | 2 a R | 3 ouilis F | 4 *om* R | 5 pastores | 6 unum est et p. dic. esse F | 7 dormitatione R | 8 tersit F | 9 ubi F | 10 ∾ cog. princ. F | 11 asinum R | 12 *om* R | 13 de gr. fr. loquitur eis F | 14 terra F.

## Cy

pastore et de conducto et de anima sua [1] quam ponit pro ouibus suis et iterum accipiet quod in sua potestate esse [2] dixit, et scisma factum est inter iudaeos.

XXXIIII. Ubi dixerunt illi iudaei : quousque animam nostram tollis? si tu es christus dic nobis constanter; et locutus est eis de operibus suis 'et de ouibus suis' [3] et de patre et filio quod unum sint; et abiit in locum ubi fuit iohannes; ibi dictum est de iohanne quia nullum signum faciebat [4].

XXXV. Ubi lazarum resuscitauit.

XXXVI. Ubi quaerebant eum interficere iudaei ne a romanis [5] perderent locum et nationem; ibi et [6] caiphas pontifex nesciens prophetauit et abiit inde iesus iuxta deserta in effrem ciuitatem, et posteaquam per pascha in templo dominus non est inuentus, dederunt pontifices et pharisaei mandatum ut quicumque cognosceret adprehenderet eum.

XXXVII. Ubi cenauit in bethania ubi erat lazarus, et unxit ei pedes maria; ibi dictum est de iuda quia [7] fur erat.

XXXVIII. Ubi cogitauerunt pontifices lazarum interficere.

XXXVIIII. Ubi sedit in pullo asino praecedente turba cum ramis palmarum et dicente [8] : osanna benedictus qui uenit rex israhel, et non cognouerunt discipuli eius scriptum esse nisi post resurrectionem [9] eius.

XL. Ubi ad testimonium populi dixerunt pharisaei ad inuicem nihil se [10] proficere quia saeculum post eum abiit.

XLI. Ubi nuntiantibus sibi discipulis quod eum graeci uellent uidere respondit : uenit hora ut honorificetur filius hominis, et de grano tritici quod mortuum multiplicatur, et anima perdenda in isto saeculo ut in uitam aeternam [11] conseruetur, et de ministro suo et de anima sua contristata; ibi ei respondit uox de caelo de clarificatione eius; ubi turbis de caelesti uoce dissentientibus locutus est de magistratu saeculi et de exaltatione sua a terra, et ut ambularent dum lumen [12] habebant et crederent in lucem et filii lucis essent, et ut haec locutus est abscondit se.

XLII. Ubi de incredulitate iudaeorum dicitur secundum esaiae testimonium qui uidit claritatem eius et locutus est de eo.

XLIII. Ubi credentes in eum principes non confitebantur ne a pharisaeis de synagogis expellerentur.

XLIIII. Ubi iesus clamauit dicens de credentibus in se quod in eum crederent qui se misit, et quia [13] ipse lux uenit in saeculum non ut iudicet saeculum sed ut saluet, et quia non credentes non ipse iudicet sed uerbum quod locutus est, et quia mandatum quod a patre accepit ut loqueretur uita aeterna est.

XLV. Ubi lauit pedes discipulis ut et ipsi hoc facerent aliis, et locutus est de discipulis quos elegit et de suo traditore sed adhuc abscure et de eo qui excipit quem mittit.

XLVI. Ubi aperte ostendit per tinctam buccellam traditorem suum discipulo quem amabat qui super pectus eius recubuerat, et ubi locutus est eis de dilectione postquam inde iudas abscessit et quod non possint [14] uenire quo ipse iret sicut iudaeis dixerat.

---

1 animam suam M | 2 esset B | 3 *om* M | 4 faciebant M | 5 romani B, -nos M | 6 *om* B | 7 qui B | 8 dicentes B | 9 resurrectione B | 10 *om* B | 11 uita aeterna M | 12 lucem B | 13 quam M | 14 posset M

# C

XXIII. Iudaeis credentibus ait : si manseritis in sermone meo ueritas liberabit uos. quibus respondentibus se esse liberos, dicit : qui facit peccatum seruus est peccati, et inter alia multa diabolum homicidam et mendacii patrem adsignat.

XXIIII. Qui sermonem, inquit, meum seruauerit mortem non uidebit in aeternum, et inter cetera plurima ante abraham se esse dicens exiuit de templo.

XXV. Caecum a natiuitate sanaturus lucem mundi se dicit. quem cum inluminasset multa pharisaeis anxietate turbatis atque quaerentibus ipse ab inluminato cognitus adoratur.

XXVI. Qui non intrat, inquit, in ouile per ostium fur est, seque dicit ostium et pastorem ouium, pro quibus se suam animam positurum et alias oues adducturum pronuntiat ut fiat unum ouile [1] unus pastor.

XXVII. Potestatem habere se dicit ponendi ac resumendi animam suam. facta quoque encenia hierosolymis [2] inter multa quae pharisaeis sciscitantibus dixerat ait : ego et pater unum sumus, et multi crediderunt in eum.

XXVIII. Lazarum quadriduanum [3] mortuum suscitaturus dormire dicit, quem magna uoce clamando resuscitans solui iubet et abire, plurimis credentibus ex iudaeis.

XXVIIII. Pontifices aduersus eum consilium colligunt in quo caiphas unum debere mori pro populo prophetizat et ante sex dies paschae ungento pedes domini perfunduntur de cuius pretio iudae murmur arguitur.

XXX. Turba cum ramis palmarum occurrens clamat osanna ipse uero super pullum asinae sedit pharisaeis dicentibus : totus mundus post eum abiit.

XXXI. Nuntiatis gentilibus eum uidere uolentibus horam suae clarificationis esse [4] dicit et granum frumenti mortuum multum fructum pronuntiat allaturum, ministrantem quoque sibi honorificandum promittit a patre.

XXXII. Animam suam turbatam esse dicenti et clarificari [5] se a patre poscenti uox de caelo ait [6] : clarificaui. post haec multa prosequitur inter quae se non ad iudicandum sed ad saluandum mundum uenisse testatur.

[1] + et HVL | [2] + et VL | [3] quatrid. VL | [4] se AC, uenisse H | [5] clarificare YCLV | [6] om Y.

# Z

XX. Ubi dicunt iudei se esse semen abrahe.

XXI. Ubi dominus dixit iudeis : quis ex uobis arguet me de peccato.

XXII. De homine ceco a natiuitate et de non intrantibus per ostium.

XXIII. Ubi iesus dicit se esse bonum pastorem.

XXIIII. De iudeis iesum lapidare uolentibus.

XXV. De lazaro fratre marie et marthe.

XXVI. De pontificibus et phariseis consilium colligentibus contra iesum.

XXVII. De muliere unguentum super caput domini fundente et de iuda traditore.

XXVIII. Ubi pueri occurrerent iesum cum ramis palmarum et ubi gentiles uolebant uidere iesum et de responsione iesu.

XXVIIII. De cena domini et lotione pedum discipulorum suorum et interrogatione iohannis.

# Vich

de turba multi in eum credunt. principes et pharisei ministros eum aprehendere mittunt. iesus clamat : si quis sitit ad me ueniat. de turba alii prophetam, alii christum eum dicunt. ministri ad phariseos redeunt et de eo testimonium reddunt. cum nichodemo principes de christo altercantur. mulierem adulteram liberans lucem mundi se dicit.

VIII. Iudeos in peccato suo morituros dicit. principium se esse testatur. multi in eum credunt. in se credentes de libertate alloquitur. iudeorum patrem diabolum ostendens. quis eum de peccato arguat interrogat. ante habraham se esse dicens. lapidare se uolentium manus effugit et cecum a natiuitate illuminat.

VIIII. Iudeis dicit quod si caeci essent non haberent peccatum et de hostio quod se esse commendat. de bono pastore et mercennario et quod potestatem habeat ponendi animam suam atque ambulans in templo in enchennia se et patrem unum esse commemorat et de manibus quaerentium se apprehendere exiens trans iordanem in locum ubi iohannes primum baptizauerat uadit lazarumque suscitat et quod iudei concilium aduersus eum colligunt. apud eos ipse non in palam ambulat. pascha proximo multi de regione iudeam ascendunt et iesum in templo quaerunt.

# Ben

XXIIII. Ubi dicit : qui uerbum meum seruauerit mortem non uidebit et ante abraham ego sum.

XXV. De caeco nato.

XXVI. Ubi dicit : qui non uident uideant, et qui uident caeci fiant et de his qui non intrant per ianuam.

XXVII. Ubi dicit : ego sum pastor bonus. et nemo nouit patrem nisi filius.

XXVIII. De encenia hierosolymis facta. et ego et pater unum sumus.

XXVIIII. De lazaro suscitato.

XXX. De conuentu iudaeorum. et prophetia caiphae.

XXXI. De pascha et comprehensione domini, et de maria sorore lazari quae uncxit dominum unguento.

XXXII. De asina et turbis osanna dicentibus.

XXXIII. De grano frumenti mortuo copiosum afferente fructum.

XXXIIII. Ubi dicit : qui in me credit, non in me credit, set in eum qui misit me.

XXVI *om* de his CR | ∾ per ian. intr. S | XXVIII enceniis C | *om* XXVIIII C | XXXI sororis S | *om* quae u. d. ung. S.

## B = A

X. Maria pedes iesu unguit [1] et [2] capillis suis extergit [3] iesus super [4] asinum sedit [5] et uolentibus graecis uidere iesum loquitur de grano frumenti quod in terram mittitur et [6] uox de caelo ad iesum et [7] quod multi ex principibus crediderunt [8] in iesum sed [9] propter pharisaeos non confiterentur [10].

XI. Pedes discipulorum lauat [11], de iudae traditione et petri negatione praedicit et [12] de [13] dilectione fratrum et quod ipse in patre et pater in ipso [14] est et de obseruandis mandatis paracliti spiritus.

XII. De uinea [15] et palmitibus et de [16] dilectione et de [17] promis-

1 unxit X | 2 *om* O | 3 extersit JR | 4 supra P | 5 sedet D | 6 *om* P | 7 *om* $I^1$XP | 8 crediderint CR, crederent $I^1$X, -dentes T, -dunt J, -dent P | 9 *om* T | 10 confitentur JOZ, -tebantur T | 11 lauit σ | 12 *om* AR | 13 *om* O | 14 illo NA, filio R | 15 uite σN | 16 *om* σNP | 17 *om* P.

## In

XXV. Et cena facta.

XXVI. Cum haec dixisset iesus turbatus est in spiritu.

XXVII. Filioli adhuc modicum uobiscum sum.

XXVIII. Si diligeritis me mandata mea seruaretis.

XXVIIII. Ego sum uitis uera.

XXX. Haec locutus sum uobis.

XXXI. Haec locutus est iesus.

XXXII. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi.

XXXIII. Haec cum dixisset iesus.

## B$^r$

XI. Pedes discipulorum lauat atque eos docet.

De iuda traditore praedicit et quod petrus ter illum negaturus esset.

Et de dilectione inuicem fratrum.

Et quod ipse in patre et pater in illo est [1].

Et de ' paraclyto spiritu.

Et de ' [2] obseruandis mandatis eius.

XII. De uinea et de palmitibus.

Et dicit nihil maius dilectione.

Atque [3] inter mandata plurima repromissionem paraclyti spiritus.

Et omnia patris sua esse.

' Prouerbium iesu de parturiente et ' [4] de tribulatione in saeculo toleranda.

XIII. Iesus aspiciens in caelum patrem deprecatur pro discipulis suis et ut honorificentur a patre postulat.

Traditio iudae de iesu.

Petrus auriculam abscidit.

Et dum interrogatur iesus a principibus petrus eum tertio abnegat [5].

Allocutio pilati ad iudaeos de iesu [6].

Et quod iudaei se non habere regem nisi caesarem profitentur.

1 sit F | 2 paralitico et spu inmundo F | 3 *om* F | 4 *om* F | 5 ∾ tertio eum negauit F | 6 ∾ de iesu ad iud. F.

## Cy

XLVII. Ubi respondit petro : sequeris me postea, et iterum quod ante galli cantum ter eum esset negaturus, et de multis mansionibus in domo patris ut ibi sint ubi ipse.

XLVIII. Ubi respondit thomae quod ipse esset et [1] uia et ueritas et uita, et de patre quod eum nouerint et uiderint.

XLVIIII. Ubi respondit philippo dicenti : ostende nobis patrem : qui me uidit uidit patrem meum, et de factis suis quia [2] etiam maiora faciet qui in eum credit, et de aduocato spiritu ueritatis, et quod eum post pusillum uisuri essent et saeculum eum non uideret [3], et de his qui eum diligunt quod ostendat se illis.

L. Ubi respondit alteri iudae quaerenti quare se ipsis manifestare incipiebat et non saeculo de mansione sua apud illum qui eum diligit, et quod uerbum patris sit, et iterum de aduocato spiritu sancto et de pace sua; ibi ait : si me dilexissetis gauderetis quia eo ad patrem quia pater maior me est, et de magistratu huius saeculi quia nihil in eo inuenit, et de uite se ipso et agricola patre et de sarmentis discipuliś et caritate per quam manetur in illo et ipse in patre, et quod petitum fuerit accipitur, et de caritate ut diligant inuicem sicut ipse illos, et quod amici eius essent facientes mandata eius; ibi locutus est de fructu et de mandatis et de saeculo quia odit eum et discipulos eius, et quia eos ipse de saeculo elegit, et quia non est seruus maior domino suo, et de persecutoribus, et quia peccatum non haberent nisi uenisset et locutus eis [4] esset [5] et nisi opera fecisset quae alius non fecit; ibi est testimonium quia oderunt me gratis, et quia testis erit de illo spiritus ueritatis qui a patre prodit et discipuli [6] eius quia ab initio cum illo sunt, et de persecutoribus qui putabunt [7] se officium deo facere, et quia uadit ad eum qui se misit nemine [8] ex illis interrogante quo eat, et quia [9] non uenisset [10] aduocatus nisi ipse abiisset et quia missus ab eo aduocatus arguet [11] saeculum de peccato et de iustitia et de iudicio et quomodo eos inducturus esset spiritus ueritatis in omnem ueritatem; ibi ait : pusillum et iam non uidebitis me, iterum pusillum et uidebitis me.

LI. Ubi, non intellegentibus discipulis quid loqueretur, similitudinem dedit de tristitia parientis mulieris et gaudio post partum, et [12] quia si quid petituri essent a patre in nomine eius daturus esset, et quia nihil adhuc petierant, et quia in prouerbiis nunc loqueretur et uentura esset [13] hora quando non ita loqueretur; ibi ait : et non [14] dico uobis quia ego rogabo [15] patrem, ipse enim pater diligit uos quia uos me dilexistis et credidistis quia ego de deo exiui et exii a patre et ueni in saeculum, iterum relinquo saeculum et uado ad patrem.

LII. Ubi respondit discipulis dicentibus quod manifeste de patre loqueretur et crederent ei : uenturam esse horam qua solum eum relicturi essent [16], et de pace ut in ipso haberent non in saeculo, et ut fiderent quia uicit saeculum.

LIII. Ubi leuatis oculis ad caelum de clarificatione sua

1 *om* M | 2 qui B | 3 uiderit B | 4 ei M | 5 fuisset B | 6 discipulis B | 7 putabant B | 8 neminem BM | 9 quoniam M | 10 inuenisset B | 11 arguit B | 12 *om* M | 13 essent B | 14 nunc BM | 15 rogaui M | 16 *om* M.

## C

XXXIII. Surgens a cena pedes lauit discipulorum exemplum, dedisse se dicens ut ipsi conseruis faciant quod omnium dominum fecisse probarunt.

XXXIIII. [1] Non esse seruum maiorem domino dicens, post testimonium scripturae iudam intincti panis porrectione significat et discipulos multipliciter exhortatur.

XXXV. Non turbetur cor uestrum, ait discipulis, ego sum uia ueritas et uita. qui uidit [3] me uidit [2] et patrem. ego in patre et pater in me. quodcumque petieritis in nomine meo hoc faciam.

XXXVI. Diligentibus se discipulis mandataque seruantibus paracletum promittit a patre mittendum mansurumque cum eis in aeternum, seque pacem dare eis pacemque relinquere pollicetur.

XXXVII. Se ipsum uitem [4] et patrem agricolam dicens discipulosque palmites, sine se nihil eos facere posse testatur, et multis locutionum modis alternam eis dilectionem inculcat cuius merito possent quodcumque petierint inpetrare.

XXXVIII. Eandem dilectionem instantius commendans contemnendum docet odium mundi praedicens qualia pro eius nomine sint passuri et arguendum mundum a paracleto de peccato de iustitia et de iudicio manifestat.

XXXVIIII. Modicum et uidendum se dicit ab eis et iterum modicum et non uidendum. de quo quaerentibus discipulis similitudinem mulieris post partum tristitiae prae gaudio non reminicentis inducit quos et a patre amari significans corroborat se relicturos dicens : in mundo pressuram habebitis sed confidite [5] ego uici mundum.

XL. Ad patrem de clarificatione sua loquens discipulos prolixa et multimoda prosecutione commendat passione protinus inminente.

XLI. Traditionis ac passionis eius per ordinem gesta narrantur.

XLII. Resurrectionis similiter manifestatio declaratur qua [6] maria magdalene petro et iohanni nuntiat sublatum corpus de monumento. quibus occurrentibus ac reuersis, ipsa post angelicam uisionem uisum a se dominum aestimans hortulanum quo mox cognito iubetur discipulis nuntiare.

---

[1] *coni* L | [2] uidet HVL | [3] uidet HL | [4] autem V | [5] confidete VL | [6] quia Y, quam H.

## Z

XXX. Ubi dicit iesus discipulis suis : non turbetur cor uestrum.

XXXI. Ubi dicit iesus : si diligitis me mandata mea seruatae et si quis diligit me sermonem meum seruabit.

XXXII. Ubi se dicit dominem uitem et discipulos suos palmites.

XXXIII. Ubi precipit iesus discipulis suis ut diligant se inuicem.

XXXIIII. Ubi dicit dominus : cum uenerit paraclitus et uado ad eum qui me misit.

XXXV. Ubi dicit dominus : modicum et non uidebitis me.

XXXVI. Ubi promittit se dare discipulis suis quicquid petierint in nomine suo.

XXXVII. Ubi dicit iesus : pater clarifica filium tuum.

XXXVIII. De passione domini et hiis que gesta sunt in ea.

## Vich

X. Iesus bethaniam uenit. maria pedes eius ungit. super asinam sedens a turbis cum ramis palmarum obuiatur. a gentibus quaesitus grano frumenti se comparat. patrem orat. uox de caelo auditur iudicium mundi fore dicit. se exaltatum omnia ad se trahere testatur. in eo non credunt ut sermo ysaiae impleretur. lucem mundi se uenisse dixit.

XI. Iesus discipulorum pedes lauat de dilectione eos monet. de passione, resurrectione, ascensione sua sanctique spiritus aduentu eos instruit. persecutionem pro nomine suo eos passuros denunciat.

XII. Discipulos simul et eos qui in se credituri sunt patri commendat, a iuda traditur petrus gladio percutit. ad anam primum adducitur. interrogatus palam se locutum respondet. alapa percutitur. a petro tercio negatur. ad cayphan in pretorio adductus, a pilato interrogatur regem se et ad hoc natum dicit pilatus nihil se in eo reperire fatetur barabbas eligitur et iesus morti addicitur.

XIII. Iesus flagellatur spinis coronatur uestitur purpura alapis ceditur foras educitur crucifigi postulatur. pilatus innocentem dicit populus ut crucifigatur instat militibus traditur. crucem sibi portat. inter duos crucifigitur. titulus imponitur. uestimenta partiuntur. iesus matrem iohanni commendat. aceto propinatur spiritum tradit,

## Ben

XXXV. Ubi discipulorum pedes lauat et non est seruus maior domino suo.

XXXVI. De iuda traditore. et discipulo qui supra pectus domini recubuit.

XXXVII. Ubi petrus dicit : animam meam pro te ponam; et de philippo dicente : ostende nobis patrem.

XXXVIII. Ubi dicit : si diligitis me, mandata mea seruate.

XXXVIIII. Ubi dicit : ego sum uitis uera et pater meus agricola est.

XL. Ubi dicit : proicient uos. et de paraclito. et quae habet pater mea sunt.

XLI. Ubi dicit : uenit hora ut me solum relinquatis, et : clarifica filium tuum.

XLII. De torrente cedron et ubi cum discipulis in hortum introiuit et petrum pro gladio arguit.

XLIII. Ubi petrus et alius discipulus dominum sequuti sunt. et petrus negauit.

---

XXXV ∾ ped. lau. disc. CR | XXXVII *om* Ubi CR | et philippus ostende CR | XXXVIII *om* si S | XXXVIIII agricola + est C | XLIII iesus traditur et baraban dimittitur C.

## B = A

sione paracliti et omnia patris sua esse et cetera mandata.

XIII. Iesus discipulos patri commendat, iesus a iuda traditur.

XIIII. [1] Adlocutio pilati ad iudaeos de iesu et de [2] barabba [3] passio [4] et sepultura et resurrectio eius.

1 *coni* ϛRV | 2 *om* I | 3 *div* ϛRV | 4 + ihu RV, dñi.

## In

XXXIIII. Susciperunt ergo iesum.

XXXV. Una autem sabbati.

XXXVI. Postea manifestauit se iterum iesus ad mare tiberiadis.

## B^r^

XIIII. Passio iesu [1] et sepultura eius et resurrectio.
Iesus postquam resurrexit a mortuis ubi apparuit prius et discipulos suos [2] uisitat et non credenti thomae manus ostendit.
Itemque quod piscantibus aliis cum petro apparuit in littore iesus [3] poscens ab eis pulmentarium; quibus negantibus dicit ut mittant [4] retia in dextra nauis; et coeperunt statim pisces magnos numero CLIII.
Et quod post prandium petro pascendas oues [5] tertio iniungit [6].

[1] *om* F | [2] *om* F | [3] ∾ ies. in lit. F | [4] mittantur F | [5] oue R | [6] iniunxit F.

## Cy

petiuit patrem; ibi ait quid esset uita aeterna, et de his quos illi dedit pater de saeculo, et quia nemo ex eis periet nisi filius perditionis, et quia non sunt de saeculo quia non pro eis solum rogat, et de patre et se ipsis ut sint in se et de claritate quam illis dedit et quomodo eos dilexit; ibi petit ut ubi fuerit [1] ibi sint, et de claritate sua ante mundi constitutionem [2], et quia non cognouit mundus patrem sed filius et discipuli per ipsum, et [3] de caritate patris erga filium et discipulos.
LIIII. Ubi traditus est et ubi abstulit auriculam puero petrus.
LV. Ubi adductus est primo ad annam, et secuti sunt eum petrus et alius discipulus, et negauit eum petrus semel in domo annae.
LVI. Ubi eum interrogauit annas de doctrina eius et discipulis, et respondens illi accepit a ministro palmam, et cum mitteretur ad cayphan petrus eum iterum tertio negauit.
LVII. Ubi auditus est a pilato et traditus iudaeis crucifigendus.
LVIII. Ubi crucifixus est cum titulo.
LVIIII. Ubi milites diuiserunt sibi uestimenta eius.
LX. Ubi commendauit matrem discipulo.
LXI. Ubi aceto potatus est et reddidit [4] spiritum.
LXII. Ubi lancea percussus est.
LXIII. Ubi sepultus est.
LXIIII. Ubi resurrexit; ibi ait : uade ad fratres et dic illis : adscendo ad patrem meum et ad patrem uestrum.
LXV. Ubi apparuit discipulis, cum ostiis clusis [5] sederent; ibi eis sufflans dedit spiritum sanctum et potestatem remittendi peccata.
LXVI. Ubi thomae didymo tangendum et inspiciendum se praebuit ut [6] crederet; ibi ait : beati qui non uiderunt et credent.
LXVII. Ubi scriptum est multa alia signa eum fecisse quae in hoc libro scripta non sunt.
LXVIII. Ubi apparuit discipulis tertio ad mare et prandit cum illis et dixit petro : pasce oues meas, et de cruce eius significauit et de iohanne dixit : sic illum uolo manere donec uenio.

[1] fueris B | [2] constitutione BM | [3] *om* M | [4] reddit B | [5] clausis M | [6] ubi B.

## C

XLIII. Cum fores essent clausae ueniens ad discipulos pacem infert, manibus latereque monstrato. quibus insuflatione significat [1] spiritum sanctum. item post dies octo thomas inspectione uel tactu lateris ac manuum confirmatur audiens : beati qui non uiderunt et crediderunt.

XLIIII. Manifestat se iterum ad mare tiberiadis septem discipulis in captura piscium centum quinquaginta trium cum resurrexisset a mortuis.

XLV. Usque tertio dicit petro : amas me, quia ter eum negauerat et pascendas oues aeque tertio commendans extensione manuum significat ei quod crucis morte foret martyrio coronandus.

[1] inflationis signo dat H.

## Z

XXXVIIII. De resurrectione domini et apparitione marie uel dispulorum.

XL. Ubi dominus interrogat petrum si diligat eum, et ubi dixit ei : sequere me.

## Vich

latronum crura franguntur, lancea latus iesu aperitur. sanguis et aqua profluit, a ioseph et nicodemo sepelitur, resurgens in monumento a maria queritur nec inuenitur, petrus et iohannes ueniunt, non inueniunt, redeunt; maria remanet et iesum uidet, inter discipulos ianuis clausis intrat, spiritum sanctum in eis insufflat, tome non credenti manus et latus monstrat, ad mare tiberiadis se manifestans prandet. petro oues commendat, modum mortis eius insinuat, iohannem in pace quieturum designat.

## Ben

XLIIII. Ubi iesus a pilato auditur et de baraban dimittendum.

XLV. Ubi militibus traditur et spinis coronatur.

XLVI. Ubi iesus crucem baiulat ut crucifigatur

XLVII. Ubi milites uestem eius diuidunt et matrem suam discipulo commendat.

XLVIII. Ubi ioseph corpus domini sepeliendum accepit.

XLVIIII. De resurrectione domini.

L. De apparitione eius eius ad mare tiberiadis et petro dicit : diligis me.

# Epistulae Pauli